GALENI
DE
LOCIS
AFFECTIS


PARISIIS
1513.

2583/B

A. XVIII. 0. 51

65 D. 21

29823



¶ Galeni de affectorum locorũ notitia, libri ſex, Guilielmo Copo Baſileienſi interprete.

¶ Venales habentur Pariſijs in officina Henrici Stephani chalcographi / e regione ſcholæ Decretorum.

¶ Liber primus, totus vnico capite continetur I.

¶ Libri ſecundi capita III.

¶ De his quę ab Archigene ſcripta ſunt, quomodo ex dolorum ſpecie, ſedes affectas diſcerni poſſe putauerit Caput. I.

¶ Quod ea quæ ab Archigene dicta ſunt, aliqua vere, & abſolute, & clare, alia oīno obſcure, imperfecte indiſtincte, & falſo, dicta ſint. Cap. II.

¶ De via et ratione, qua ſimul & ſedes affecta, & ipſius diſpoſitio poſſit cognoſci Cap. III.

¶ Libri tertij capita vndecim.

¶ Quod actionū noxę, ipſarū actionū inſtrumenta affecta eſſe declarant, aut primitiue, aut per accidens. Cap. I.

¶ Quod ſcire oportet, quomodo lęſa actione, diſtiguantur partes primogenio affectu laborātes, ab ijs quę per aliarū conſenſum afficiūtur. Cap. II.

¶ Quod partes, quarū actiones, eo quod alijs cōſentiunt, lęduntur, aliæ quidem in proprio ſuo corpore habent diſpoſitiones ipſas, aliæ vero priuantur, aut materia, aut facultate, quæ ipſarū viribus influere ſolebat. Cap. III.

¶ De memoria perdita, deq; alijs affectibus, qui circa pricipē animę facultatē euenire poſſūt. Cap. IIII.

¶ De ſtultitia, ſopore, lethargo, phrenitide, & mania. Cap. V.

¶ De melancholia Cap. VI.

¶ De morbo comitiali Cap. VII.

¶ De vertigine Cap. VIII.

¶ De cephalęa & hemicrania Cap. IX.

¶ De apoplexia & neruorũ reſolutione Cap. X.
¶ De olfactu. Cap. XI.

¶ Libri quarti capita nouem.

¶ De affectis partibus in oculorũ morbis. Cap. I.
¶ De linguæ affectibus Cap. II.
¶ De ſenſu auditus Cap. III.
¶ De affectibus faciei Cap. IIII.
¶ De ſpinæ affectibus Cap. V.
¶ De ſanguinis ſputo Cap. VI.
¶ Affecta voce quomodo ſedes affecta deprę̃hẽdatur Cap. VII.
¶ De locis affectis in dyſpnœa Cap. VIII.
¶ De pulmonis affectibus Cap. IX.

¶ Libri quinti capita ſeptem.

¶ De cordis affectibus Cap. I.
¶ De affectibus thoracis Cap. II.
¶ De ſepti tranſuerſi affectibus Cap. III.
¶ De affectibus gulæ Cap. IIII.
¶ Oris ventriculi affectus Cap. V.
¶ Hepatis affectus Cap. VI.
¶ De morbo regio Cap. VII.

¶ Libri ſexti capita ſex.

¶ De affectibus lienis Cap. I.
¶ De ventriculi & interaneorũ affectibus Cap. II.
¶ De affectibus renum Cap. III.
¶ Veſicæ affectus Cap. IIII.
¶ Affectus vteri Cap. V.
¶ Pudendorum affectus Cap. VI.

¶ Ad Chriſtianiſſimum Francorum regem Lodoicum duodecimum, Guilielmi Copi Baſileieñ. in librũ Galeni de affectorum locorum notione, pręfatio.

COnſyderanti michi, Chriſtianiſſime rex, varia mortalium ſtudia, quibus optimum finem, ſummumq; bonum aſſequi pro viribus quiſq; nititur, rectiſſime hortari videtur Satyricus, id pręcipue et ſolum optandum eſſe, vt ſit mens ſana in corpore ſano. Verum tanta eſt prohdolor hodie hominũ peruerſitas, vt neglecto animo, poſthabitaq; corporis ſalute, omne ſtudium ad diuitias conuertant. eoq; deuẽtum ſit, vt quo quiſq; maiorem pecuniarum cumulum oſtentare poteſt, eo videatur maiore honore dignus. cum interim viri & morum probitate, & bonis literis pręditi, ꝙ diuitijs non affluant, non ſolum debito priuentur honore, verum etiam pro ſtultis reputentur. Id nimirum cauſę eſſe videtur, cur tam pauci noſtra tempeſtate recte philoſophentur. Cum primum enim tres, quatuorue literulas ſcioli quidã delibauerit, non veritatem inquirere/ ſed diuites illos adulando captare ſtudent, quo aliquid ab ipſis pecuniarũ detrahere, & inſtar illorum primas ſedes in cõuenticulis occupare poſſint. Sane ſunt nonnulli, qui vix delibatis ſacrarumliterarum primis rudimentis, protinus ad aucupanda (vt aiunt) beneficia nihil reliqui faciunt. Alij perlectis tribus, quatuorue Bartoli argumentis, nunq̃ inſpecto pandectarum, codiciſue cortice, ad agendas cauſas properant, non vt

tueantur pupillum, ſed vt pecunias. quibus plurima ſibi latifundia comparent, ab eo aſtute extorqueāt. Sic etiam inueniuntur non pauci (vt interim profeſſionis meę non obliuiſcar) qui cum primum aut ptiſanam nominare, aut vino ægris interdicere, aut cliſterem inijcere nouerunt, protinus medicam artem profeſſi, populati miſeris mortalib⁹ graui cū periculo īponere nō erubeſcūt, ac potētes illos adulationibus captare aggrediūtur, neglectis ſpretiſq; doctiſſimorū medicorū Hippocratis Galeniq; monumētis. Quippe nemo iam inde ex tam longo æuo inuētus eſt adeo veritatis ſtudioſus, vt illorum libros ex grę ca lingua in latinā vertere curauerit. Quāq̄ inueniūtur aliqui, qui Galeni opera vt latina circunferant, credantq; ſeſe Galeno tanq̄ a ſecretis eſſe, atq; iactent, nullam ſe eius authoris propoſitionem non intelligere. Ego vero haudquaq̄ crediderim Galeni mentem ex illis libris a quoquā depręhendi poſſe, quos ne ipſe quidem author ſi viueret eſſet intellecturus, adeo deprauata eſt illorū librorū ſeries, vt ex mille verſibus vix vnus Galeni mentem referre videatur. Quod nōnulli intelligentes, reiectis Galeni libris, Auicennam potius imitari voluerunt. q; ſcilicet concinno (vt aiunt) ordine, vaſtum illum canonem ſuum texuerit. Qui ſi diligenter multa quæ de curandi ratione cōſcripſit capita, ad amuſſim examinaſſent, non ordinem & lucem, ſed tenebras potius & confuſum chaos offendiſſe ſe faterentur. Cōtra vero ſi Galeni tres doctrinas, ordine contentas, olfeciſſent, ſummo tum ordine tum artificio, ipſum commentarios ſuos ſcripſiſſe haudquaq̄ negarent. Equidem fateri audeo, multo plus ſolidæ do-

ctrinæ, biennio ex Galeni lectione diſcipulum re-
portaturũ, quam ſi decem perpetuis annis Auicen-
nę canonẽ reuoluat. Id vero facile videre eſt, vel in eo
libro quẽ de locorum affectorũ notione conſcripſit.
Quem ſi quis diligenter ſępenumeroqꝫ perlegerit,
omnes internorum morborum notas, & multo fa-
cilius depręhendet, & tenaciori memoria ſeruabit,
q̃ ſi aſſidue inexhauſtam illam ſignorum Auicen-
nę congeriem legendo repetat. Hunc ego Galeni li-
brum, ne nichil agerem, cum in ſtrennua iſta tua cõ-
tra Anglos expeditione, vna cum doctiſſimis medi-
cis tuis caſtra tua ſequerer, ex gręco latinum feci, ſpe-
rans hoc opus non ſolũ medicis, ſed vniuerſis quoqꝫ
mortalibus profuturum. Nam latentes morbos q̃ fa-
cillime dinoſcere docet, ſine qua noticia nullum affe-
ctũ recte curari poſſe apud oẽs medicos ĩ cõfeſſo eſt.
Cęterũ quia maximũ medicũ, maximi quoqꝫ prin-
cipis noĩe illuſtratũ, in publicũ ꝓdire decebat, tu mi-
chi rex iuictiſſime hoc ĩpo noĩe pulcherrime ſuccur-
riſti, cui opus hoc dedicarẽ. Quippe qui iuſtitię ãmi-
niſtratione Traianũ, victoriarũ numero Alexãdrũ
Macedonẽ, clemẽtia Iuliũ Cęſarẽ facile ſuperas, &
quod ad religionẽ pertinet, ſanctiſſimi regis Lodoici
veſtigia intẽtis neruis imitari conaris. Suſcipe igitur
Chriſtianiſſime rex benigno vultu, has noſtras, quas
in medio armorum ſtrepitu exarauimus, lucubra-
tiones. Sic enim ad reliqua Galeni volumina inter-
pretanda animum michi eriges, & vniuerſum mor-
tale genus hoc non mediocri beneficio perpetuis a-
moris vinculis tibi obligabis. Vale Chriſtianiſſime
rex ex Parhiſiorum Lutecia. Anno milleſimo qui-
genteſimo decimotertio.

❡ Galeni de affectorũ locorum notitia liber primus Guilielmo Copo Baſileienſi interprete.

NOn ſolum recentiores medici, ſed vete-
rum quoq; non pauci, corporis particu-
las, locos nominare conſueuerunt. ac q̃-
diligentiſſime, affectus ipſis euenire ſo-
litos, dinoſcere ſtuduerunt. quippe pro
locorum differentia, curationem quoq;
variari neceſſe eſt. Sed q̃ vtilis ad curationem ſit huiuſ
modi notitia, in eo libro quem de curandi via & rati-
one conſcripſimus videre eſt. Nã in pręſenti opere, Intentio operis.
quomodo affectæ particulę poſſint diſcerni, explica-
re duntaxat ꝓpoſuimus. ❡ Igitur partes in ſuperficie
conſtitutę, vna cum affectuũ ſuorum proprietate, fa-
cile ſenſibus depræhenduntur. Quę vero in imo cor-
pore latent, exercitatæ cogitationis virũ deſyderant,
cum in partium & actionibus & vtilitatibus, tum ma
xime atq; imprimis ĩ anatomice, id eſt arte ſecãdi cor-
pora. Quippe hęc nos docuit, cum alia permulta, tũ
cuiuſlibet partis eſſentiæ proprietatem. Sic enim cor- Eſſẽtię pro-
pus quoddam cartilagineũ eſt, ſecundum aſperã ar- prietas.
teriam (bronchion appellant) cuius proprietatẽ hi dũ Bronchion
taxat qui ipſum viderunt, cognoſcere poſſũt. Id ſi ali
quando tuſſiendo expuatur, maximum vlcus vel ab Vlcus pul-
eroſione vel putredine in pulmone eſſe exiſtimamꝰ. monis.
Atqui in tota ea parte quę inter guttur & pulmonẽ
media eſt, quamq̃ eiuſmodi naturę corpus iuenitur,
tam grandis tamen vlceratio, in ipſa haudquaq̃ fieri
poteſt, quin prius mors animal ꝑoccupet. In pulmo-
ne vero talis fieri poteſt, vtpote qui ob humiditatem
facile putreſcere, & a vicioſis humoribꝰ prompte ero-

di conſueuit. At vero bronchia in ipo exigua admodum ſunt, quocirca pars ipſorum putreſcere nō poteſt, quin potius totum bronchium reijci neceſſe eſt. membranoſis vinculis quę ipſum cū alijs cōiungūt a ſua cōtinuitate abſolutis, quippe quę ſuis bronchijs multo celerius afficiuntur. hęc eni & cartilaginea, & dura, & craſſa ſunt, membranæ vero quę ipſa cōiungūt, tenues & infirmæ. Sane fruſtū quoddam vaſis, haud ita paruum, tuſſiendo reijci vidimus, quod ex pulmone fuiſſe eductū, plane intelligebant diſſectoriæ artis haud imperiti profeſſores. Quotquot enim ad aſperam arteriā in collo perueniunt vaſa, omnia capillorum fere ſpeciem referūt. Proinde non ſolum eſſentię proprietas, ſed & magnitudo quoq;, ſępenumero affectum locum haud obſcure indicare poteſt.

Reiecti excremēti magnitudo

Dyſenteria

Sic enī cum inteſtini tunicā per aluū deiectā conſpexeris, ſitq; & latitudine & craſſitudie ijs quę a tenuioribus ſoluūtur multo maior, nō ab re cōijcies vlcerationē in craſſis inteſtinis cōſiſtere. Ita cū adoleſcētulū tuſſiendo, tunicā viſcoſam craſſamq; reijcere videremus, cōiecimus eā ex interna gutturis parte vbi ligula (gręci epiglottida vocāt) cōſiſtit, fuiſſe reſolutam, ac ſanatus eſt adoleſcentulus, q̄uis id nō admodum ſperaremus, manſit tamē vox viciata. Pręterea per eſſentiæ proprietatē, a veſice vlceribus, ea quæ in renibus conſiſtunt, diſtingui poſſunt. Scripſit enī in aphoriſmis Hippocrates. Si ea quæ cum vrinis excernūtur lamarum ſpeciem referunt, in veſica vlcus eſſe, ſcire licet, ſi vero carunculis ſimilentur, id erit in renibus. ¶ Neq; non a rebus in particulis quibuſdam contentis, creberrime ſedes affecta depræhenditur. Nam Mitylene iuuenis quidam ſecun-

Vox viciata.

Veſicę vlcera.

Hippocrates.

Res cōtētæ

dum ſedem vulneratus, & quidem vulnere ſatis profundo, tribus primis diebus, neq; cibum neq; potum ingeſſit, quarta vero die, adhibitis prius remedijs, cibum ſumpſit, ac bibit quoq;, deinde occidente ſole, iterum adhibita curatiõe, vrinæ tres heminas ꝑ vulnus excreuit, quum ãtea ex quo vulneratus erat, nichil vrinæ reddidiſſet. tum vero ab onere quo circa pubem grauabatur, ſe perfecte liberatum eſſe dixit. Itaq; proculdubio conſtabat veſicam fuiſſe vulneratam. Quemadmodum vbi ſtercus per vulnus excernitur, inteſtinorum alicui vulnus eſſe illatũ haud dubium eſt. Sic etiã quum cibus egreditur, in ventriculo vulnus eſſe manifeſtum eſt. Etenim ortum aliquando in inguine panum ac iam ſuppuratum quũ medicus incideret, ſtercus ſubſequutum in colo abſceſſũ eſſe declarauit. ¶ Atq; in hoc genere continetur, ſpiritus efflatus, vulnerato thorace, & ſanguis ab arteria profluens. Nam quum interdum vulneratum corpus ſenſu depræhendi non poteſt, exactam ab his conſequimur notitiam. Igitur vt efflatus inter reſpirandum ſpiritus, membranam coſtas ſuccingentem, vulneratam eſſe ſignificat, ita ſanguis ſaliẽdo eiectꝰ, arteriã. ſed hic protinus eo qui ex venis erũpit, et calidior, & magis tenuis, & flauior eſſe dinoſcitur. ¶ At veluti horum non incertę ſunt notæ, ſic eodem modo ſi aliquando omentum procedere per vulnus videat̃, peritoneum diſciſſum eſſe nemo ambigere debet. Si vero pulmonis aliqua fibra, extremam ſui partem a vulnere exerere videatur, thoracem confoſſum eſſe oſtendit. Atqui nichil refert ſiue ſuccingentem mẽbranam vulneratam, ſiue thoracem confoſſum eſſe dixeris. ¶ Ex adhærentibus etiam rebus affectę ſe-

Inteſtinorũ vulnus

Ventriculi vulnus

Coli abſceſſus.

Thoracis vulnus

Peritonei vulnus

Res adhærentes

dis notæ petuntur. quippe res adhærentes eſſentiæ proprietatem obtinẽt. quemadmodum fũgi, ſi fracto capite, meninx (id eſt membrana cerebrũ cuſtodiẽs) fuerit affecta. Atq; rurſus alia proprietas cõſpicitur, oſſe particulæ cuiuſpiã viciato. Huius præterea generis eſt ramentum vocatum, vtpote quod eius particulę, a qua excerni videtur, vlcerationem portendit, vt vrinæ meatuum, ſi cum vrina, ſpiritalium ĩſtrumẽtorum, ſi tuſſiendo, gulę, ac vẽtriculi, ſi vomitione excernatur, quemadmodum ſi cum alui excrementis deijcitur, inteſtinorum aliquod vlceratum eſſe ſignificat.

Fungi capitis

Ramentũ

Cõtenta in ſpacio

¶ Eſt præterea ex indicijs quibuſdam alius notitiæ modus, quum videlicet ĩ alieno ſpacio aliquid præter naturam cõtinetur, vt in renibus, aut veſica, lapis. aut pus in thorace, aut ſanguinis grumus, vbicunq; contineatur, aut alius quidam humor moleſt⁹ in animalis corpore, genitus, vel extrinſecus ei adueniens. ¶ Vnde iuniorum medicorum perplures, queſtionẽ ad medicæ artis opera nichil conferentem, ſed dialecticã potius habentem contemplationem, mouere ſolẽt. Vtrũ huiuſmodi res in nobis pręter naturam genitę, ex affectis ſint ſedibus, aut loco nequaq̃ affecto, animal a cauſa pręter naturã moleſtetur? Sed ꝙ inutilis (vt dixi) ſit huiuſmodi queſtio, cognitu facile eſt, ſi cõſyderaueris eas notas, quę ad artis vſum pertinere videntur.

Queſtio dialectica

¶ Subijciamus ergo aliquem tribus dieb⁹ nichil vrinę reddidiſſe, nonne protinus in qua corporis parte ſit huiuſmodi accidentis cauſa inueſtigabimus, an in renibus, aut vreteris, aut veſica, aut vrinæ fiſtula? Neq; enim in hepate, pulmone, liene, ventriculo, corde, aut alia quauis particula ipſam quęremus. quod nulla ipſarum ſit vrinę inſtrumentum, Eteni niſi no-

Vrina ſuppreſſa

uerimus primam vrine ſecretionem in renibus fieri, deide eam per vreteras ad veſicam peruenire, ac demum inde excerni qūeadmodū iam antea in libris naturalium actionum oſtendimus nichil huiuſmodi inuenire poterimus. Verū hucuſq; proceſſiſſe haud ſatis eſſe videtur, quin potius perpēdere oportet quę nam ſit cauſa, propter quam vrina ſupprimitur. Eſt autem via contemplationis hęc. Intueri oportet omnia tum pręterita tum pręſentia accidentia, pręſentia quidem ipſemet medicus inſpicere debet. Pręterita vero non ſolum a laborante, ſed etiam ab ipſius familiaribus interrogando perdiſcere. Sit igitur (exempli gratia) tumor aliquis in pube, ſatis euidenter in circunſcriptione veſicam impletam eſſe oſtendens, nichilq; excernatur. Nunquid plane conſtat aut excretoriam vrinę actionem neceſſario reſolutā, aut vrinę fiſtulam eſſe reſtrictam? Imprimis igitur conſyderandum eſt, num fieri potuerit, vt reſolutæ facultatis nomine id acciderit, ſi prius meminerim⁹, quomodo per bonam valetudinem volētibus nobis vrina excernatur. Muſculus ceruicem veſicę circundans, ab actione quieſcit, fungēte tum veſica ſuo munere, muſculi autem actio, voluntatis noſtrę imperiū imitatur. at veſica naturaliter agēs, voluntati haudquaq̄ obedit. Namq; in cōmentarijs de naturalibus facultatibus iam declaratum eſt, in omnibus fere corporis particulis eſſe vim qua excremēta ſecernātur. Hæc q̄uis ſemper ipſis aſſit, non tamen vtuntur ea, niſi cum moleſtantur ab excrementis. Quę ſi aliquādo fuerit affecta, fieri poteſt, vt vrina ſupprimatur. Proinde ſi hominē ita figuraueris, vt decliuis ſit ceruicis veſicæ poſit⁹, ac ſubinde manibus tumorē p̄ter

Quomodo naturaliter vrina reddatur

Vrinæ ſuppreſſæ euocatio

naturã compreſſeris, expelletur vrina. Q; ſi ita faciẽdo nichil profeceris, a cauſa qua reſoluta vis eſſe putabatur deſiſtere, atq; vrinæ fiſtulam conſtrictam eſſe ſuſpicari oportet. quippe muſculus ei circũdatus, ſi reſoluatur, ipſe non cohibitę, ſed pręter volũtatẽ emiſſę vrinę cauſa eſt. ¶Itaq; quot modis contingat vrinæ meatum (quem vrethram id eſt vrinę fiſtulam vocant) conſtringi deinceps conſyderandũ eſt. Equidẽ trifariã eos accipiendos cenſeo. Aut enĩ corpus ipſi⁹ in tantũ tumorem pręter naturã attollitur, vt meatus inde occupetur. Aut aliquid ei præter naturã, vt vel caruncula, vel callus innaſcitur. Aut a re quapiã obſtruitur meatus. ¶Corpus ipſius ad inſignẽ tumorẽ attollitur, ſi vel iflãmatiõe, vel ſcirro, vel abſceſſu, vel alio quouis tumore fuerit affectũ. ¶In meatu caro quidem oritur, ſi præceſſerit vlcus, alia vero res lõgo temporis ſpacio ex craſſo lentoq; humore paulatĩ naſci poteſt. ¶Obſtruitur meatus, vel a lapide, vel grumo, vel pure, vel craſſo lentoq; hũore. ¶Igitur hæc omnia diſtinguere oportet, non ſolũ ex prę ſentib⁹ accidentibus, ſed etiã ex jis quę præterierunt. ¶Age igitur ſubijciamus vt puer laboret, apparuerint vero ãtea lapidis indicia, vrina quidem aquę ſimilis, ĩ qua ſubſident ſabuloſa quędam, ipſe inſuper aſſidue pudendum ſcalpet, idq; vel laxum, vel intentũ p̄ter modũ, poſtea vrina de repẽte ſupprimatur, nũquid optima ratione conieceris, huic lapidem in veſicę ceruicẽ ĩcidiſſe? Itaq; ſupino figurato puero, vt crura reliquo corpore ſint ſublimiora, multifariã ipſum concuties, ſic enĩ feceris, vt lapis ex meatu recedat. Quibus p̄actis, iube, vt puer vrinam reddere tentet, id ſi bene ſucceſſerit, profluatq; vrina, præter exactã cauſæ no

Vrinæ meat⁹ trifariã cõſtrigitur

Lapidis notę.

ticiã, curationis q̃cꝫ modũ īueniſſe te, haud dubia erit cõiectura. Qꝫ ſi nihilomin⁹ vrina ſupprimiť, ruſ⁹ cõcute, ſed vehementi⁹, atcꝫ ſi ſic quocꝫ ꝑmãſerit, tũ demiſſa enea fiſtula, gręci catheterũ vocãt, ſiľ & lapidẽ a veſicæ ceruice repelles, & vrinã euocabis. ¶ At nulla lapidis nota retẽtã vrinã p̃cedente, ſi ſãguis effluxerit, par eſt, vt grum⁹ vrinę fiſtulã obturet. At fieri põt vbi vlcerata eſt veſica, vt paulati i ipſa grum⁹ cõcreſcat, vel nõ p̃cedente ſãguis fluore. Accidit aũt vt ſãguis ex renib⁹ ī veſicã defluẽs, grumũ efficiat. Atcꝫ veluti ad has cõiecturas, ita vbi vel pus, vel craſſ⁹ lẽtuſcꝫ hũor meatũ obſtruxit, haud inutilis eſt enea fiſtula. In hmõi vero cõiecturã, ex p̃cedẽtiũ notitia inducimur. eteni ſiue veſica, ſiue renes, ãtea affectu aliquo laborauerit, per quẽ tale tantũcꝫ pus colligi potuerit, vt par ſit ab ipſo meatũ fuiſſe obſtructũ, ꝓbabiliter cõijcies, hãc ob cauſã vrinã ſupprimi, etiã ſi in parte aliq̃ renib⁹ ſuperiore fuerit abſceſſus, quo erupto, haud abſurde pus ī renes trãſſũptũ eſſe putaueris. ¶ Qꝫ ſi nihil hmõi p̃ceſſerit, vict⁹ rationẽ inq̃rere oportet, an ī ocio educat⁹, multis cibis craſſos viſcoſoſcꝫ hũores gñare potẽtibus, fuerit vſus. ¶ Sic etiã vbi ob carũculã aliquã ab vlcere īnatã veſicæ ceruicẽ obſtructã eſſe putam⁹, & ex p̃cedẽtibus vlceris notis, & ex eo ꝙ demiſſa enea fiſtula, vrina vacuať, intelligere poſſum⁹. nã & hũc affectũ aliq̃n vidim⁹. quippe demiſſa fiſtula dolorẽ mouet, ī ea videlicet meat⁹ ꝑte, vbi ãtea vlc⁹ eſſe cõijciebam⁹, fractacꝫ ſub fiſtula carne, ſequũť cũ vrię excretiõe, & cruor, & carnis fragmẽta ¶ Hęc dixim⁹ ad īſtitutũ op⁹ ꝓprie ꝑtinere. Cõſtat aũt, vt paulo ãte citata a nobis q̃ſtio, dialectica dũtaxat ſit, ꝙcꝫ nihil ad artis oꝑa cõducat. Id eni vtile fuerit, vt cognoſcam⁹ meatũ eſſe obſtructũ a grumo, ſi

Grumus.

Pus in veſica.

Humores craſſi vrinã ſupprimentes.

Caruncula ī veſica

ita cōtigerit, aut lapide. At quærere vtrū affectū eſſe meatū, an cauſā ſuppreſſę vrinę i meatu cōtineri, dicē dū ſit, nihil ad artē vtilitatis cōferre poteſt. ¶ Itaq̄ nō poſſū nō mirari, quo pacto Archigenes in hmōi cōſy deratione tantū tēporis collocauerit, quippe cōſcripſit quædā de his rebus, ſed adeo obſcure vt intelligant̃ a nemine. ¶ Igit̃ rurſ⁹ ꝓpoſitū ſermonē reſumēdo, con ſequētia tractem⁹, quomō ſcilicet, tū ex p̄cedētibus, tū pręſentib⁹ accidētib⁹, cauſa, cur vrina reddi nō poſſit, dep̄hēdat̃. Percuſſ⁹ ergo quidā in ea pte, q̄ femen ap pellat̃ (gręci perineon dicūt) inflāmatiōe ſuborta ī vul nere, vrinā reddere nō potuit. ac veſica ip̄a, vtpote ple na, manifeſte ſecundū circūſcriptionē intenta videba tur. Huic, ne irritaretur inflāmatio, eneā fiſtulam ad hibere noluimus, ſed calida aqua fouere, ac oleum cir cunfundere, ſatius eſſe putauimus. quumq̄ tribus ho ris ſic eū tractaſſemus, tumore non parum relaxato, ac dolore, vt ipſemet fatebatur, nō ita grauiter infeſtā te, iuſſimus, vt vrinā reddere tentaret, interim quum nos veſicæ tumorē, ad inferiores partes impellendo, ſenſim premeremus, iuuenis vrinam reddidit. Atq̄ in his qui ſic afficiunt̃, cauſa ſupreſſę vrinæ, facile depre henditur. q̄uis in aliјs quibuſdā non adeo manifeſte dinoſcatur. In quibus artificioſa coniectura ab omni bus vocata, nobis perq̄ vtilis eſt, vtpote quæ inter exa ctam notitiā, & omnifariam ignorātiam, media quo dammodo putatur. Proinde fieri non poteſt, vt in om nibus morbis colligantur notæ, quibus, vt empirici, id eſt experimenta iactātes, ſentiunt, euidenter quiſq̄ af fectus diſcerni poſſit. Sed veriſſimū eſt id quod Eraſi ſtratus dicere ſolebat. Oportet (inquit) hominē exer citatiſſimæ conſyderationis eſſe, qui voluerit non ſo

Archigenis error. Vrinę ſup p̄ſſæ cauſa. Femen. Perineos. Coniectura artificioſa. Eraſiſtrat⁹

» lum affectus ipſius qualitatem, ſed affectum quoq;
» locũ probe dinoſcere. Verũ vt ad huiuſmodi exercitationem decenter perueniamus, haudquaq̃ quętendũ eſt, an dicere oporteat, veſicæ ceruicẽ, ſi vel a lapide, vel grumo obſtruatur, affectã eſſe, aut ipſa non affecta, actionẽ ipſi⁹ lędi. Igitur in huiuſmodi quæſtionibus ad artem omnino ſuperuacaneis Archigenes verſari conſueuit. Alij vero ipſas prætereunt dicẽtes, nõ lędi actionẽ. fieri enĩ videtur, muſculo ſcilicet q̃ veſicę ceruicem ambit, laxato, ipſa vero veſica cõtẽtam in ſe vrinã exprimente, ſed concurrente muſculorum ſuminis auxilio. Quũ itaq; & veſica citra noxã munere ſuo fũgit, & muſculi volũtatis ĩperio ſic obediũt, vt ſupiores ĩtẽdãt, is vero q̃ ceruicẽ circũdat, laxet, q̃mo do (inquiũt) recte poterit aliq̃s ſuſpicari, noxam eſſe actioni illatã? Quapropter ſupprimi vrinã dicere coguntur, non læſa, ſed impedita meiendi actione, tãquam arti medicinæ opem ferant, ſi vocabulum lædi trãſmutãtes, ĩpediri dixerit. Sed huiuſmodi quęſtiões (vt dixim⁹) ad dialecticam pertinent. ac ad mẽtis exercitationem magis, quam, vel ad affectus ipſi⁹ dinotionem, vel ſedis affectæ inuentionem accõ modantur. Verum ea, quam nuper propoſuim⁹, ad inſtitutum opus proprie pertinet. Intelligitur autẽ ex ipa, quod in primis per artem ſecandi corpora accurate cognoſcere oportet, qualis ſit cuiuſlibet partis eſſẽtia, deide vero & actionem, & cõmunicationẽ quã cũ ꝓximis habet, quæ etiã in poſitiõis vocabulo cõphendit, ĩtelligere. Quippe cuiuſlibet ꝑtis vſ⁹, ad affectoꝝ locorũ ĩuẽtionẽ magnifice cõducit. ¶ Actio enĩ mot⁹ eſt ꝑtiũ, factiuus. Vſ⁹ vero oĩb⁹ ĩſũt, vel nihil agẽtib⁹. Ergo, quod ad vrinę redditionẽ pertinet, excretionis

Lędi. Impediri.

Actio. Vſus.

actio fit a veſicæ compreſſione, cõcurrente interdum muſculorum abdominis auxilio, quum videlicet admodũ exiguam continet vrinam, aut veſica ipſa infirma eſt. reliquæ vero partes omnes, vtiles ſũt ad actionem. niſi enim veſica ipſa, cũ toto ſpacio ſic figurata fuiſſet, ac ceruix ipſius tota fuiſſet perforata, deſcendiſſẽtq́ꝫ obliquę in ipſam vreterę, fruſtra habuiſſet cõprimẽdi motum. Ex horum itaq́ꝫ notitia, & affectarum partium, & affectuum ipſorum noticia, deprælendi poteſt, non ex ea quęſtione, qua inueſtigatur, vtrũ dicere oporteat, obſtructũ inſtrumentũ eſſe affectum, an õnino noxa carere. ¶ Haud abſimilis huic eſt alia quæſtio, & quidem de affectis iam partibus, ſed quibus nondum ineſt propria diſpoſitio. Vocant autem propriã diſpoſitionem, quæ ſeparata cauſa q̃ ipſam fecit, permanere poteſt. Hac igitur conſyderatione rurſus dicunt nonnulli, nequaq̃ affici caput, per eos capitis dolores, qui a bilioſo humore in ventriculo contento proueniunt, ꝙ per vomitum eiecta bile, protinus capitis dolor quieſcat. quemadmodũ ſi poſt vomitum nihilominus permanſerit, tum affici caput. Idq́ꝫ multo magis, quum ſimilia ſuffuſioni accidẽtia, oculos infeſtant, cumulatis in ore ventriculi excremẽtis. hæc enĩ veluti vmbras quaſdã eſſe affectuũ. ¶ In omnibus his quęſtionibus plurimũ occupati p̃ceſſores noſtri, perq̃ pauca de affectorum locorum notitia ſcripſerunt. Nos vero diuerſa incedentes via, exercebimus aut (vt dixerit quiſpiã) inſtruemus ſtudioſos, vt ſedes affectas dinoſcere poſſint. ¶ Igitur quemadmodum paulo ante propoſitum eſt, ꝙ intenta veſica homo vrinam reddere non poteſt, ita impræſentiarum ſubijciatur, citra veſicæ tumorem vrinam

Propria diſpoſitio.

ſupprimi. ergo neceſſe eſt, quũ ſic retēta eſt vrina, vel vreteras, vel renes eſſe obſtructos. Quapropt rurſ⁹ hic ītueri oportet, nũ āteaq̃ ſupprimeret̃ vrina, aut lapidis, aut alteri⁹ cuiuſpiā mali p̃ceſſerint accidentia, neq; negligēda eſt vniuerſi corporis diſpoſitio, vt poſſim⁹, quoad artificioſa cōiectura pmiſerit, diſtinguere, vtrũ ī ipis rēib⁹ a lapide, vel craſſis hũorib⁹, fuerit obſtructio, aut in vocatis vreteris id ē meatib⁹ q̄ a renibus ad veſicā ptendũt. Atq; ſũt q̄dā q̄ ad exquiſitā pducũt notitiā, veluti paulo āte dicebam⁹, de his q̄ affectę eſſentiæ pprietatē declarāt. Alia artificioſa quadā cōiectura dephēdũt. At q̄a ſophiſtæ cōpendioſo ſermōe cōfutari nō poſſũt, idcirco Aſclepiadē ī p̄ſentia p̄terim⁹, vtpote abſurda ſcribētē, atq; iā alibi de vrinę in veſica collectiōe detectũ. ¶ Porro ea q̄ de principe aīæ vi, ſcripta ſũt, oēs diſſectores dānare ſolēt, exiſtimātibus quibuſdā ipſā in corde cōſiſtere. Quippe Archigenes ab hac opiniōe haudq̄q̃ dimoueri potuit, q̄uis detegeret̃, cũ p alia multa, tũ maxīe p ea, q̄ ī phrēiticorũ, lethargicorũq; curatiōe vidētur, verũ ſuſq; deq; ſermōes ſuos cōuertit, vt mō hoc dicat, mō illud, nihil oīno declarans. Atq; hui⁹ gñis eſt terti⁹ Archigenis liber, quē de locis affectis cōſcripſit. ¶ Nos vero prīcipē aīę vi, ī libris de Hippocratis, Platōiſq; placitis, magna ex pte abſoluim⁹. Proī de hac veluti demōſtrata, affectaꝝ ptiũ cōtēplationē pficiam⁹, atq; id q̄d oībus affectis, tũ ptib⁹, tũ locis, cōe eſt, nō ī dialecticā, ſed neceſſariā queſtionē porrectũ, iā enarrare aggredior, q̄ ſc; ſit ppria particula, p quā q̄q; corporis aīati ps, actionē ſuā pficiat. Quippe actionē lędi neceſſe eſt, īſtrumēto ipſam efficiente quōlibet affecto. Atq; īterdũ facile affect⁹ ſoluit̃, adeo vt ſimul atq; opifex cauſa fuerit ſeparata, ipē q̄e

Vreterę.

Aſclepiadis error.

Princeps animę facultas.

ſcat.iterdũ tãta eſt ſoluẽdi difficultas, vt diuti⁹ pma nere poſſit, cauſa etiã ablata. Accidit aũt nõnũq̃ vt efficiẽs cauſa ptrãſiẽs, nõ firmũ ĩ particula faciat affectũ, quem Archigenes vmbrã affect⁹ vocare cõſue uit. Veluti cũ ſuffuſiõi ſimilia q̃dã ocl'i imaginãt̃, collecto ĩ ore vẽtriculi tenui excremẽto, vñ vapores q̃dã ſubleuati, deĩ circũuẽti a viſifica facultate, ſil'es imagines mouẽt, q̃les p ſuffuſiões apparere cõſueuerũt. Idq; maxĩe euenire ſolet ijs, qb⁹ oculoꝝ hũor exq̃ſi te pur⁹ eſt, aut viſifica facultas q̃ facillĩe ſentit. Eãdẽ ob cauſã, vbi ſãguis fluor, aut vomit⁹ p morbos expectat̃, hmõi accidẽtia ĩterdũ apparẽt, de quib⁹ Hip pocrates ĩ p̃ſagijs, hũc ĩ modũ ſcripſit. Si cuipiã, iq̃t, ,, in nõ letali febre, caput dolet, aut añ oculos obſcura ,, q̃dã obuerſãt̃, aut cordis dolor accidit, is bilẽ euomet ,, Ac paulo poſt. Q uib⁹ vero ĩ huiuſcemodi febre, ca- ,, put dolet, ocl'i vero obſcuras illas imagĩes nõ vidẽt, ,, ſed caligatiõe hebetãt̃, aut ſplẽdẽtia q̃dã ipſis obijci- ,, unt̃, ac p cordis dolore, in alterutra pte, p̃cordia ten ,, dunt̃, neq; dolore, neq; ĩflãmatione ĩfeſtãte, ijs p vo ,, mitu ſãguis e narib⁹ effluet. Hæc eſt verborũ Hippo ,, cratis ſeries, qb⁹ docuit ſæpenũero cõtigere, vt ab hu morib⁹ ĩ vẽtriculo collectis, imagĩes q̃dã oculis obijciãt̃. Q đ ſi nichil oĩno ab hũorib⁹ aſcẽdat ad ocl'os, queẽadmodũ vbi vel ad auriũ, vel nariũ meat⁹, vel etiã ad lĩguę corp⁹, id qđ aſcẽdit trãſfert̃, nullũ hmõi accidẽtiũ euenire ſolet. Vnde mãifeſtũ eſt ꝙ oportet oculos participes fieri ei⁹ diſpoſitiõis, q̃ vẽtriculũ ĩfe ſtat, ſi vidẽdo debeat aĩal errare. Cũ itaq; ruſ⁹ dicat Hippocrates, Q uib⁹ deiectiões bilioſæ exeũt, ſurditate ſupueniẽte finiũt̃, et quib⁹ ſurditas p̃ceſſerit, deſi nit, ſi deiectiões ſequũt̃ bilioſę. Q uis eſt aũt adeo de mẽs ĩterpres, vt omittat ĩ hui⁹ ſermõis enarratiõe au-

Oculorum imagines.

Hippocrates.

Hippocrates.
Surditas.

riũ affectũ? Aut tũ dicat naſci ſurditatẽ, quũ bilis, q̃ ãtea p aluũ vacuari cõſueuerat, ad oculos efferatur? Igit̃ ſẽper ĩcipere oportet a lęſę actiõis ĩſtrumẽto, deinde quærere q̃s ſit noxę mod⁹, vtrũ videlicet diſpõ pmanẽs, an adhuc fiẽs, ita vt perſeuerare nõdũ nata ſit. Q̃ ſi nũc quoq; fiat, vtrũ cauſa q̃ affectũ efficit, ĩ ipſa parte cõtineat̃, an p ipſã trãſeat, ĩueſtigãdũ eſt, Eteni arefacto ĩmodice humore (quẽ cryſtalloidẽ vocãt) pſeuerãs erit noxa, & eſſẽtię ipſi⁹ ppri⁹ affect⁹. ſi vero craſſ⁹ hũor ĩ pupilla cõſtiterit, eſſẽtia q̃dẽ nõdũ lędit̃, verũ accidẽtis cauſa ĩ oculo ipſo cõtinet̃. Sed tũ p ipſũ trãſire dicit̃, cũ euaporãs hũor cõſiſtit in vẽtriculo. Qui vero partẽ quãpiã tũc ſolũ arbitrat̃ eſſe affectã, cũ in eſſentia ipſi⁹ permanẽs fuerit diſpoſitio, legiſlatoris munere, qui patrijs noĩbus ppria ſignificata ĩſtituit, fũgi videt̃. Nã vbi vehemẽs dolor ĩteſtinũ infeſtat, firmato in vna quapiam parte dolore, vt quaſi pforari videatur, quo pacto, vel nequaq̃ affici ĩteſtinũ, aut affectũ in ipſo nõ eſſe quis dixerit? q̃uis interdũ hmõi dolores excreto vitreo quodã hũore, vel vnico tẽporis momento finiant̃. Neq; alia ab hac doloris cauſa tunc credi põt, idq; ob naturale q̃ddã axioma (id ẽ enũciatũ) q̃d ex ſeipõ ad hmõi dinotionẽ, fidẽ habere videt̃. Id eni quo tãgẽte afficimur, & quo ſeparato quieſcit affectus, cauſã eſſe, apud õnes homines, in confeſſo eſt. Sic eni & ignẽ vſtulationis, & gladiũ ſectiõis cauſã eſſe, nemo negat, atq; de ſingulis alijs ſimiliter dicẽdũ eſt. Ergo craſſ⁹ hũor vacuat⁹, nõ ab re ĩfeſtãtis mali cauſa fuiſſe credit⁹ eſt, quo tpe in particula cõtinebat̃. Sed an ob id q̃d vehemẽter ĩfrigidat, aut calfacit, aut in totũ p intemperaturã locum moleſtat, aut quia per cõtinuas partes trãſit, eas ad excretionẽ vi quadã excitans aut ob flatuoſũ

Inteſtinorũ dolor.

Axioma.

ſpiritũ ab eo exortũ, qui cõtinentẽ partẽ extẽdere poteſt, aut quia violenter impactus eſt, aut quia erodit, & mordet, nõdũ ex euacuatiõis ope mãifeſtũ eſt. q̄ppe id ſolũ cõſtat, q̄d cũ cõtinebat̃, moleſtiã iferebat. Igit̃ nõ ſolũ putare oportet/hmõi humorẽ eſſe cauſã doloris, verũ partẽ quoq; ĩ q̄ cõtinet̃, tãtiſper eſſe affectã, quoad ob hũoris p̄ſẽtiã dolore cruciat̃. Sic etiã affici aliquẽ dicim⁹ cũ aliquid extriſecus ĩcidit, vel calfaciẽs, vt ignis, vel refrigerãs, vt nix, vel cõtõdẽs vt lapis, quo ſeparato ꝓtinus finit̃ affectus, nemĩe ꝓpter hoc dicẽte, partẽ nõ fuiſſe affectã, ꝙ in ipſa nulla ſit derelicta diſpoſitio. Sic eni ſemꝑ vtimur et noĩe affectus, & verbo affici. Itaq; aĩaduertere oportet, vt ex dicẽdis vtilitatẽ, tũ ĩ p̄ſagio, tũ ĩ curatiõis ratiõe cõſequaris. Quippe nõnũq̄ a cauſa quapiã orit̃ affect⁹, ſed ita orit̃, vt ſeparata cauſa, haudquaq̄ ꝑmanẽtem habeat diſpoſitionẽ. interdũ aũt partim iã fact⁹ eſt, parti etiãdũ fit. Sępenumero q̄q̄ fieri deſinit, ablata cauſa, ꝑſeuerãs tñ manet diſpoſitio. Veluti ĩ dyſẽteria, mordax hũor cauſa eſt affect⁹, vtpote q̄ ab ĩitio et abſtergit, & abradit, dein tꝑis tractu vlcerat ĩteſtinũ. Q; ſi ãteaq̄ vlc⁹ ĩduxerit, egredi deſinat, affectus ipſe nõdũ dyſenteria dicet̃. Si vero vlcere p̄occupet ĩteſtinũ q̄uis hũor finiat̃, nõ tñ ſimul finit̃ affect⁹. At vero nihil nos moleſtat ĩ p̄ſẽtia, ſermo paulo añ p̄miſſ⁹, quẽ etiã ſoreten (id eſt acerualẽ) vocãt. quippe multa ad vitã haud ĩutilia, cõmunẽ ex ipſo ſortiũtur dubitationem, de quibus priores, tũ medici, tũ philoſophi, locuti ſunt. proinde ſuꝑuacaneũ eſſet ea nũc percurrere, michi pręſertĩ qui propoſui hãc ipſã artis particulã oſtendere dubiã. Interim enĩ cũ domus fit, nondum eſt domus, ſed tum domus eſt, cum tota facta eſt. An vero de quolibet morbo, dũ fit, ſed

Dyſenteria

Soretes.

Morb⁹ fiẽs

Morb⁹ factus.

nondū factus eſt,eodē modo dicēdū ſit,haud ab re
quęrit.neq; eni omniū quę fiūt eadē ratio eſt.quippe
res ſimilares,nullā naturalē figurā reqrētes, ꝓtinus
ab iitio eadē cōſtāt eſſētia. diſſimilares vero,et quib⁹
varia eſt forma,eſſētiā gñatiōe poſteriorē habere poſ
ſūt.Neq; eni quū dom⁹ cōſtruit,ſimul fiūt fūdamen
ta,parietes,faſtigiū,tegulę,ianuę,feneſtrę ex quibus
oībus quodāmodo cōpoſitis,atq; in vnam formam
redactis,domus ipſius eſſentia cōpoſita eſt.Morbus
vero et calidus,& frigidus,& humidus, & ſiccus,
protinus ab initio,cum primum corpus,temperatu-
ræ quæ bonæ valitudini debet,limites exceſſerit, eā-
dem ſibiipſi naturā habet.Q uāuis eni interdū adeo
ſit exiguus,vt neq; a nobis cognoſci,neq; laborantiū
ſenſu percipi poſſit,nichilominus tamē propriā ha-
bere ſpeciē cenſetur.Haud aliter inflāmatio quoq; in
qualibet animalis parte cōſtiterit,ſiue maxima, ſiue
minima fuerit,vn⁹ atq; idē erit affect⁹,nō ſpecie qui-
dem,ſed magnitudine varius.Cęterum ꝙ poſſint ali
quę affectiones in corpore conſiſtere, adeo exiguæ,
vt non appareant,argumento eſt gutta lōgo tempo- Gutta
ris tractu ſaxum excauans, de qua recte carmē hoc
proditum eſt.Mollior aſſiduis ſaxum cauat ictibus
vnda.neq; enim vel vn⁹,vel duo,vel tres,vel quatuor
aquæ ictus,ſaxum ferientes,ac ne centeſimus quidē,
ſenſibiliter videtur ſaxum excauare.Neq; etiam fieri
poteſt,vt primo nichil efficiente,alter aliquid faciat.
quippe qui habet eandem,quam primus habuit,ad
ſaxum proportionem.Ergo ſi ſecundus ictus in ſa-
xum quippiam effecerit,ipſum a primo ita muta-
tum fuiſſe neceſſe eſt,vt non omnino idem,quale ab
initio fuerat,permāſerit.Etenim ſi ipſum vndiquaq;
idem permaneat,atq; agens quoq; in ipſum cauſa,a-

quæ ſcilicet ſtilla, neceſſe eſt, quemadmodum a primo ictu non affectum eſt, ita neq; a ſecundo, quo cōceſſo, neq; terti⁹ quoq; ipſum afficiet (quippe de omnibus eadem ratio eſt) haud ſecus de quarto, & quīto, & reliquis deinceps omnibus, dicendum eſt. Etenim quoad eodem modo ſe habente ſaxo, eadem quoq; cauſa acceſſerit, nichil amplius efficietur. Q2 ſi a milleſimo ictu, ſenſibilis videatur in ſaxo concauitas, ad ſingulos ictus, affectus in ſaxo nunc primum ſenſibiliter apparentis, milleſima pars referenda eſt. Quum itaq; cauſæ agunt in corpus, ſpecies affectus ab initio eſt eadem, tamen ob exiguitatem nō apparet. At vero huiuſmodi affectus qui adeo ſunt exigui, ſeparatis cauſis facientibus, ilico finiuntur, natura videlicet ipſos ſanante. Quippe illi duntaxat externo egent auxilio, quos ob magnitudinem natura vincere non poteſt. Igitur eadem quoq; ratione, quū primum mordax humor, aliquod inteſtinorum eroſerit, q̄uis id q̄d factū eſt nōdū videat̄, nichilominus diſpoſitio ipſa ſub dyſinterię ſpecie compræhēditur. Sed vt natura, parua quędam vlcera, quæ nonnunq̄ eueniunt, ita & inteſtinorum abraſiones, nullo adhibito medicamento, ſanare poteſt. Hac ergo ratione, falſum omnino eſt quod a quibuſdam dicitur. Nullum per huiuſmodi affectum, in corpore relinqui affectum. Q2 ſi verum eſſet, tamen inteſtina tum eſſe affecta haudquaq̄ negandum eſt, quum ab acredine excrementorum ipſa rodentium dolor notatu dign⁹ euenire percipitur. Hoc igitur ad omnia quæ poſthac dicturi ſumus, veluti elementum quoddam, obſeruare debetis. Sitq; hoc initium vię, qua īueniri debent ſedes affectæ, nullam actionem lędi, niſi pars

Natura vicit morbos exiguos.

quę ipſam facit afficiatur. Si enim quum vel dolor, vel tumor, aliquis eam infeſtat, omnino affici dicitur, multo magis eam affici, læſa actione, fatendum eſt. ¶ Igitur iam ſupradictum eſt, ꝙ ab excrementorũ natura, affectę ſedis coniecturam facere poſſumus. id vero bifariam fieri conſtat, vel ab excretę eſſentiæ ꝓprietate, vel ab his quæ in ipſa parte continentur. Similiter diximus ab innatis interdum rebus, de locis affectis coniecturam ſumi poſſe. Item ab accidentium quoqꝫ genere, quę quidem non mediocrem habent inter ſe differentiam, ſed hanc poſtea explicabimus. ¶ Nunc vero rurſus ad principium ſermõe reducto, in ſingulis partibus tentemus inuenire notas, affectus earum indicantes, tum eos qui in ipſarum eſſentia conſiſtunt, tum illos qui ipſis veluti inſtrumentis accidunt. Rurſus ſeparemus & diſcernamus a factis iam affectibus, eos qui etiam dum fiunt, & q̃ nõdum pertinaciter inhærent. Item cauſas quæ in affecta parte continentur, ab ijs quę ea tanq̃ via duntaxat vtunť. Qꝫ vero ex ijs alij componãť modi, ſatis conſtat. Pręterea diſtinguere oportet eos qui per conſenſum accidunt, a proprijs, nam magis propriũ fuerit idiopathiam id eſt propriũ affectũ, q̃ vt medici ſolent protopathiam id primarium affectum, nominare veluti ex aduerſo. diuiſo affectu per cõſenſũ a proprio. Ergo qui ꝓprie vocabulis vti voluerit, primogenio quidẽ affectui, ſecundariũ aut poſteriorem, opponet. Ei vero qui per conſenſũ infeſtat, propriũ. Quãq̃ ſæpenumero contingere poteſt, vt aliquis ſimul et ꝑ conſenſũ, & propria affectione laboret, cum in affecta particula permanẽs fit diſpoſitio. Neqꝫ enim primario, ſed ſecundario, & proprie, ipſã tũ affici dice-

Epilogus

Affect9 per conſenſum

Affectus proprius

mus. Id vero haud obſcure in reb⁹ externis videri po teſt. quẽadmodũ in corpore pleno, oborto ingẽti pa no ab vlcere, quum inducta in vlcere cicatrice, ꝑma= net etiã dũ panus, vel in ſuppuratam inflãmationem tranſiẽs, vel durũ tumorẽ quẽ choerada id eſt ſcopu= lũ/appellant. At nemo primarios dixerit huiuſmodi morbos, qui ob alium præcedentem euenerunt, ꝗp= pe per conſenſum facti ad huiuſmodi permutantur proprietatem, perinde ac ſi protinus ab initio proto= pathia (id eſt primaria affectio) ipſis accidiſſet. Cęte rum in pręſentia nõ inutile fuerit, meminiſſe eorum quæ in libro de medicis nominibus diximus, vbi de ſignificatis eſt ſermo, quę peſſime a recentiorib⁹ tum medicis, tum philoſophis confunduntur. Vt enim af fectio et actio diuerſæ ſunt voces, ita diuerſus quoq; eſt earum vſus. Quippe id agere dicitur, quod ex ſe= ipſo motum obtinet. Affici vero, quod motum ha bet ab alio. Quum itaq; duo ſint motus genera, al= terationis, & lationis, vbi ad permanentem diſpoſi= tionem alteratio peruenerit, ſitq; diſpoſitio ſcilicet p̄= ter naturam, morbus appellatur, quamuis per abu= ſionem interdum, eandem diſpoſitionem nonnulli af fectum nominent, qui ſi more Græcorum patrio no= mine vterentur, partes ipſas potius affici dicerent, quum motum ſuſtinent præter naturam, quum vero diſpoſitiones habent pręter naturam, ſi proprie quis loquatur, ęgrotare eas potius, q̃ affici dicet. ꝙ ſi ab v= ſu receſſerit, non ſolum ęgrotare, ſed affici quoq; di= cere poterit, Equidem quod ſemper dicere conſueui, nunc quoq; dicam. quod in ea doctrina, qua de arte quapiam agitur, ſatis eſt, ſi quis vocabulum atq; ſi= gnificatum eius, pro doctoris voluntate proferens, procedat deinceps ad rerum enarrationem. Admo=

Panus

Choeras

Medica no mina

Actio Affectio

Motus ge= nera 2.

Morbus

Vocabulo= rum vſus

nui autem nunc ſignificatorum, eo ꝙ nonnulli, nõ ſolũ patriorũ vocabulorũ ſignificata ꝑuertũt, verũ etiã eos qui recte ipſis vti tentant, calũnia proſequuntur. de quorũ numero ſunt hi quoqꝫ, qui dicunt, interdũ lęſa actione, partem ipſam non lędi, eo ꝙ nondum permanentem habet diſpoſitionem, veluti vbi propter humores in ventriculo contentos, caput dolet. Nã cõmutata ratione, ſi de noĩbus certare deſieris, magis proprie interpretando dices, affici quidem caput, quando ventriculo conſentit, ægrotare vero, cũ proprio affectu laborat. Similiter ventriculum affici quidem quũ a vicioſis moleſtatur humoribus, ægrotare vero, aut per propriam intemperaturam, aut quũ inflãmationem, vel vlcus, vel abſceſſum habet pręter naturam. Quod ſi omnino acuratiori ſcrutitinio volueris huiuſmodi queſtiones enodare, interdum ſimulatqꝫ alimentis, coctioniqꝫ vicium acceſſit. actionẽ ledi dices. Interdũ autẽ hanc quidẽ nõ ledi, illa vero eſſe viciata. Quippe corruptiõis ciborũ tres primę, ac veluti generaliſſimę ſunt differentię. Vna quidem fit per proprios ventriculi morbos, Altera a vicioſis humoribus in ipſo accumulatis, Tertia ab alimentorum qualitate inducitur. Hęc igitur quũ ſuapte natura, vel vaporoſa, vel acida, vel alias corruptioni fuerint obnoxia, aut ex pręparationis modo. ad huiuſmodi diſpoſitionem deducũtur, certum eſt ea in ventriculo corrumpi. atqꝫ hoc modo cruditatẽ fortaſſe fieri dixeris. Sed oritur protinus diſcordia, nunquid afficiatur tum ob hęc cõcoquendi facultas, quippe nõnulli per huiuſmodi cruditates eam haudquaq̃ affici cõtendunt, Alij vero ecõtrario. Atqꝫ inuenitur tertia quoqꝫ ſecta, eorum qui huiuſmodi alimenta incrudari negant, q̃uis ea haudquaq̃ cõcocta

Affici
Egrotare

Cibus trifariã corrumpitur

Cruditas

eſſe fateantur.tanq̃ non ſit idem,per negationem aliquid enunciare, aut per priuatoriam vocatã a dialecticis dictionem.Idem itellexiſſe Eraſiſtratum puto,quũ accinos,& ſeſama,& reliqua omnia,omnino incorrupta,& immutata deijciũtur,nullam dixit indicare in animalibus factam eſſe cruditatem,ſed hoc ipſum dumtaxat, quod non eſſent concocta.Igitur vt in his quidem ea quæ propria ſunt non negligere,ita ea quę ad affectæ ſedis noticiam conferunt,accurate conſyderare oportet. Hinc enim & id quod futurum eſt præſagire, & affectum iam factum decenter curare, poterimus,itaq; ſine contentioſis nominibus,ex rebus ipſis vtilitatem conſequi licet hoc modo. Eſto vt quiſpiam mane exurgẽs dicat, fumoſum ſe ructum emittere, aut aliquid huiuſmodi, vt ab ouis frictis,aut alia quapiam re fetente,& putri. Ille itaq; qui fumoſum ructum percepit,fateatur ſe a cena placentã nidore plenam comediſſe,quales ſunt quæ ex oleo & itrijs & alijs huiuſmodi præparantur. Alter vero confiteatur,fricta oua ingeſſiſſe,atq; nunc illorum nidorem eructare, deinde alius perplu res radiculas comederit, vt fœtens putriſq; exeat ab eo ructus. Igitur cibos in ijs non bene concoctos negare poteſt. q̃uis ex hac re ventriculus haudquaq̃ fuerit affectus,neq; etiam quod ad ipſius rationem pertinet,circa actionem errauerit, haud aliter quam vbi quis ĩtegros accinos per aluũ deiecerit,ſi humani ventriculi officium eſſet accinos tranſmutare,accuſaremus ob hoc ventriculi corpus,ipſumq; viciatũ eſſe putaremus. Cum vero id ſui muneris non ſit, ſed accinorum eſſentię accidat,vt concoqui nequeãt,haud ab re dicemus,hos quidẽ nõ eſſe cõcoctos, ventriculi vero corpus naturaliter ſeſe habere. Quippe hoc &

Ructus fumoſus

Itria

Oua fricta

Radiculę

noſſe, & definire ad medicũ haud ĩutiliter ꝑtinet. Sed q̄rere an dicendũ ſit actionem ipſius per huiuſcemodi excrementa fuiſſe leſam, an contra, ad medicę artis opera ſuperuacaneum eſt. ¶ Age rurſus vt quiſpiam fumoſum ructum emittat, nimirum huic igneum quendam calorem in ventriculo eſſe dicemus. Ac deinde rurſus diſtinguẽdo inueſtigabimus, vtrũ ab intemperatura corporis ipſius ventriculi, hoc eueniat, aut a flaua bile, eaq; vel in ipſius ſpacio contenta, aut ĩ tunicas, ita vt vix abſtergi poſſit, demiſſa. At ne hic quidem cõſiſtemus. Nam quęrere oportet, an iecinore male ſuo officio fungẽte huiuſmodi humor accumuletur, an is ex vniuerſo defluat corpore, An etiam in ipſomet gignatur ventriculo. Hæc ſunt cognitu perq̃ neceſſaria, ſed quæ viro indigent exercitatæ conſyderationis, qui res ipſas potius q̃ nomina quibus explicantur ſcire ſtuduerit, vt enim corruptionis, proprietas efficiẽtem cauſam aperte indicat, ita difficile eſt ipſius generationem, pręfinita oſtenſione manifeſte inuenire. Igitur ſi in ventriculo cibi non ſuapte natura in fumum tranſmutantur, efficientem cauſam calidam. Si vero ſaporem acidum referunt, eam frigidam eſſe neceſſe eſt. Sed non protinus conſtat, vtrum intemperatura aliqua, an vicioſus quiſpiam humor, vẽtriculi corpus infeſtet. Proinde diſtinguendum eſt. quippe dare oportet cibos qui ſuàpte natura modo corruptionis q̃ maxime aduerſentur, vt panem aut chondrum (ſi contigerit) illis qui in fumũ tranſmutare cibum conſuerũt, mel autem his qui acidum in cibo ſaporem percipiunt. Deinde conſyderare excremẽta, tum ea q̃ vomũtur. tum quę per aluũ deijciũtur, num humor aliquis, cũ illis quidẽ bilioſus & calidus, cũ his vero pituitoſus ac

Ructus fumoſus

Panis
Chondrus
Mel

frigid⁹, ſimul excernatur. An nullo vacuato humo-re, ipſa exiguā quandā mutationē habeāt, Quippe vbi igneo calore ventriculus infeſtatur, panem aut chondrum ſine humore deijci videbis, perq̄ exigua in ipis facta tranſmutatione. Quod ſi humor quoqꝫ deijciatur, qui cibum corrumpere poſſit, videntur cibi i huiuſmodi humore ſubmerſi, & ab ipſius actio-ne manifeſtius alterati. Id quod a vomitione clarius diſcernitur, ſi laborans ſuapte natura facile vomere poſſit. Nam cogere eum qui vomere non poteſt, ab-ſurdum eſt. Atqꝫ hęc ita deprȩhendũtur, ſi in ſpacio ventriculi noxius humor contineatur. Si vero in tuni cas ipſius tanſmittitur, vt ad calidum nauſea, & ſitis vehemens conſequitur, ita a frigido ciborum cupidi-tas, excitari ſolet. Verum conſyderare oportet, vtrũ illeſum ſit epar, an affectu quopiam laboret, & qua-lis ſit ipſius affectus, an calidus, an frigidus. Haud ſecus de ſplene quoqꝫ, quippe ex horum omniũ con ſyderatione, ſimul cum quotidiana ciborum potio-numqꝫ experientia, exquiſite poterit quis inuenire, non ſolum locum affectum, ſed etiam ipſius diſpoſi-tionem. Hæc autem noticia eo eſt vtilior, quo faci-lius curationis proprietas per ipſam figuratur. Etenĩ calida diſpoſitio, vbicunqꝫ fuerit, ſemper refrigeran-da eſt. Sed quouſqꝫ, aut quomodo, aut qua materia refrigerare cõueniat, locus affectus cõmonſtrat. Igĩt ſi idipſũ quod moleſtat, nichil aliud fuerit q̄ intēpera tura, calidā refrigerādo, et frigidā calfaciēdo, ilico iu uabis hoīem. Neqꝫ nudā dũtaxat opinionē, verũ etiā ſcientiam, & quidem haud obſcuram, ſuſceptę habe bis cōiecturę, idqꝫ multomagis, ſi vtrinqꝫ ipſā exami naueris, a calidis, tum medicamētis, tũ victus ratio-ne, vidēdo hoīem ſanari, a calorificis vero ledi. ¶ Q

Vomitio

ſi humor quiſpiā in ipſis ventriculi tunicis cōtineať, nauſea quidē vexabit, ſed inanis, & ſine vomitu, & quæ irritat dūtaxat, nullum humorē euacuans, quē admodū fieri ſolet, vbi ſecundū internā ſpatij latitu dinem, in ventriculo humor continetur. Nauſea ¶ Ceterum ructꝰ ab alijs acidi, ab alijs fumoſi emittūtur. Auxiliatur autē illis quidē medicamentū ex tribus piperis generibus inſtitutū, aut aliud, quod huiuſmodi habeat facultatē, ex aqua vel vino epotū. His vero, tum abſinthiū, tū hiera ex aloe facta, quam nonnulli picram quoqꝫ appellāt. Igitur ſi per primā protinus experientiā, a familiaribus medicamentis, in vtroqꝫ humore, manifeſtū videatur auxiliū, ſimul habebis, & notitiam artificioſam, & modū curationis. ſi enim ipſis vti perſeueraueris, homo ſanitati reſtituetur. Qꝫ ſi a ſolitis auxiliari medicamētis, vtramqꝫ diſpoſitionem noxa conſequatur, deceptū te circa notionē inuenies. Quippe certiſſima ōniū huiuſmodi diſpoſitionum notitia, ab his deprehendiť, qui intelligūt, quibus quælibet pręſidijs, ad bonam valetudinē reduci poſſit. Sic equidem quoſdā colicos vocatos ſanaui, dato i potu medicamēto ex aloe, quippe cōijciens, mordacē humorem ad affecti inteſtini tunicas defluxiſſe, dato medicamēto, ſperaui oīno huiuſmo di diſpoſitionē fore quietiorē. quod vbi cōtigit, intelligēs recta me ductū cōiectura, rurſus plus ipius exhibui. Sed quid me ad hanc coniecturam promouerit, operępreciū fuerit enarrare. Vidi hominē a calidis, tum cibis tū medicamētis, atqꝫ ab omni calorifica victus ratione irritari, rurſus iuuari ab alimentis boni ſucci & temperatis nominatis, Inſuper inediā ei noxā iferre, doloris vero ſpeciē, percōtanti michi,

Ructū ſanātia.

Hiera.

Colica.

Iuuantia
Noxia

mordacem eſſe reſpondit. qua de re multo magis ſpe
rans, adveram me perueniſſe notitiam, auſus ſum a-
marum ei medicamentū exhibere. Poſtremo conſpi
ciens hominem mirifice adiutum, quæ fuerit diſpo-
ſitio, efficaciter me depręhendiſſe putaui. ¶ Fuit àl-
ter quem cibi concoctu faciles irritabant. hic de præ-
cedētibus interrogatus, reſpondit, ſe in hāc deductū
diſpoſitionē ſumpto purgante medicamento. Rur-
ſus interrogās, quid ipſum ad ſumendū medicamē-
tum promouiſſet, ītellexi mordaces, edaceſq̧ dolo-
res, multo tempore ventriculum infeſtantes, fuiſſe in
cauſa, cōiectans itaq̧ viciatū fuiſſe a purgante medi-
camento inteſtinū, ac diſpoſitū ad fluxiones, vt facile
reciperet ex hepate redūdantes humores, qui dein-
de corrūperentur, cibum exhibui haud ita facile cor-
ruptibilē, et aſtringentem, vnde et mordaces dolores
mitigati ſunt, & nichil poſtea excreuit, quum antea
protinus, vt mordacitatē ſentiebat corrupta quędā,
& liquida, & fœtentia excernere cogeretur. Q uūq̧
multo poſt mordicationē tempore ea deijceret, ad ſu
periora inteſtina diſpoſitionē ipſam pertinere cōieci,
quēadmodū econtrario, vbi celeriter a mordicatione
ſequebatur excretio, diſpoſitionē ad inferiora rettuli
inteſtina. Hos igitur iniecto clyſtere, illos vero dictis
iā cibis exhibitis, ſanaui. quippe certo ſciebā qꝺ ꝓxi
me vētriculo ꝑtes, exhibitis ſuꝑne, tū cibis, tū poti-
bus. quę vero nō ita multū a ſede diſtāt, inferne inie-
ctis medicamētis, prōptius adiuuarenť. Atq̧ ſi alter
quiſpiā inteſtinorū affectus eſt, diſtinguere oportet.
¶ Sūt eni notę q̄dā affectibus ꝓprię, quędā vero ad
partes affectas ꝑtinēt, vt cōcoctio viciata, vētriculi eſt
accidens, at ciborū ad fumoſū, vel acidū, ructū cōuer

ſio, ad cauſas & affectus ipos referēda eſt. Sic aūt de inteſtinis; et tēpus exitus, et excremētorū ſpecies, atq; accidētiū differētia, cū ijs quę pceſſerūt, ſimul et affectū ipm, & partē in qua cōſiſtit, oſtēdere poſſūt. Ergo age vt p ventrē excremēta q̄dā deijciant̄, aliquādo quidē ramenta, aut veluti mēbranarū raſura, aut cruentū aliquid, ac aliquādo ſimul oīa, iteſtinū vlcere affectū nemo dubitauerit. At vero vtrū in exilibus iteſtinis, an craſſis vlcus cōſiſtat, nōdū manifeſtū eſt. Sed, vt nup dicebam⁹, & ex raſura, et exitus tēpore, & (vt tertiū addat̄) ex mixtione cū ſtercore, vt modo magis, modo min⁹, interdū neq̄q̄ miſceat̄, diſtiguere oportet. Quippe iſimarū partiū vlcera, nullas oino notas hn̄t alui excremētis admixtas. earū vero ptiū, quę paulo altius collocatę ſunt, vlcera, mixtas quidē cū ſtercore habēt notas, ſed id leuiter dūtaxat. Quēadmodū ſi multo ſint altiores, vehemētior erit mixtura, pcipue vero in ſup̄mis iteſtinis, vlceris notę vehemēter ſtercori vident̄ admixtę. ¶ Porro accidit interdū, vt ex vno indicio, ſimul et locus, & diſpoſitio, dep̄hendāt̄. aut locus, vna cū cauſa, veluti locorū notæ, et ab actione leſa, et excremētis, et poſitu, et doloris pprietate, & pprijs accidētib⁹ ſumunt̄. Affectuū vero, & ab excremētorū ſpecie, et loci natura, et doloris pprietate, et pprijs accidētib⁹. ¶ Sane actio leſa, affectā partē indicare poteſt. & quidē hoc modo. ſi eni accidēs aliqđ circa cernēdi officiū euenerit, oculū affici cōſtat. verū an pprio affectu, an per cōſenſum, aut vtroq; modo laboret, alia cōſyderatiōe inquirēdū eſt. ¶ Excremētorū ſpecies, affectā partē indicat, veluti iam antea dictū eſt, et per partiū ipſius eſſentiā, et p cōtenta in ipa. Ac poſit⁹ quoq;, affectā par-

Dyſenteria

Quinq; modis loc⁹ dep̄hēdit̄.

Quatuor modis affectus dep̄hēditur.

Actio leſa.

Excremēta

Poſitus.

tem nimirum cõmonſtrare ſufficienter poteſt. quippe durus in dextra pręcordiorũ parte tumor, non lienis, ſed iecinoris affecti, nota ẽ. queadmodũ ſi fuerit in ſiniſtra, nõ hepatis, ſed ſplenis affectũ portendit. Ac poſitus, interdũ, vbi ſiĩiter ſe habent excremẽta, affectam partem cõmonſtrat. Si eni mẽbranoſæ tunicæ fruſtulũ excernatur, id vlcus eſſe alicubi oſtẽdit, verũ in qua ſit particula, ex poſitu diſcere poteris, Nam ſi vomendo fuerit reiectum, aut gulę, aut ventriculi. ſi tuſſiendo, gutturis, aut aſperę arterię. ſi ſcreando, fauciũ. ſi cũ vrina, eius fiſtulæ. ſi a ſede, alicuius inteſtinorũ. ſi per mulieris pudenda, vteri affectum portẽdit. At vero conſtat, ꝙ ſinguli dolores, pro poſitus varietate, affectũ locum oſtendere poſſunt. Hoc etiam pacto, ea quæ ſupra propoſuimus diſtinguere oportet, Quippe apparẽtibus per vomitũ vlceris notis, animaduertendũ eſt, vtrum anteriores partes circa pręcordia, aut poſteriores circa dorſum, dolor aliquis infeſtet. Eteni qui in anterioribus percipitur, vẽtriculũ, qui vero in poſterioribus, gulã occupare cenſetur. Haud aliter os ventriculi, a ſpacio ipſius diſtinguendũ eſt. quippe deuoratis quibuſdã acribus, hoc quidem in ore ventriculi, aut in parte inferiore mordicationẽ excitat, illud vero in thoracis meatu. Oĩa eni hæc poſitu definiũtur, queadmodũ alia ex doloris ſpecie. Verũ de doloribus latius in ſecũdo libro dicemus. Sed nũc exemplũ aliquod afferre, opępreciũ videtur, quomodo ſcilicet affectus locus, ex proprijs accidẽtibus innoteſcat. Nam ſupra diximus, ſingula quæ vulneribus adnaſcuntur, propriã oſtenſionẽ habere, id vero in pręſentia ſubijciendum eſt. Ore quidem ventriculi affecto, faſtidiũ infeſtat, per hepatis

Propria accidentia.

vero imbecillitatem, excrementa per aluum deiecta, aquæ in qua carnes nuper mactatę, ablutæ fuerunt, ſimilantur. item maxillę rubræ apparēt in peripueumonicis. ❡ Quin etiam propriæ affectuū ipſorū notæ, in excrementis depręhendūtur. vt ramentū, vlceris. ſi in vrina ſabuloſū reſidet, lapidis. cucurbitæ vero ſeminibus ſimilia excrementa, latorū vermiū indicia ſunt. ❡ Atq; a locis ipſis, morborū indicia ſumūtur. eo ꝙ quibuſdā ſolis, morbus hic accidat, quibuſdam vero ſolis, nunq̄ eueniat. quippe ſoli oculi, ſuffuſione laborant. lapis in renibus, & veſica, dūtaxat naſcitur, atq; (vt nōnullis placet) etiam in colo. Lumbrici in inteſtinis gignuntur. Rurſus impoſſibile eſt, vt abſceſſum cor ſuſtineat. quemadmodum neq; pulmo, neq; copulæ, dolorem. ❡ Ab accidētium quoq; proprietate, affectuū indicia oriuntur. Nam quibuſdam per tabificos morbos vngues adunci euadunt. Intempeſtiuus horror cum febre, inflāmationis ad ſuppurationē tranſeuntis, indicium eſt. Lingua nigricans, ardentem febrim portendit. Sic etiam coloris in vniuerſo corpore proprietas, alia quidem per hepatis, alia vero per ſplenis affectus apparet, ita vt doctum medicū haudquaq̄ poſſit fallere, ſicut ne color quidem quem hęmoroides induxerunt. ❡ Cęterum paucæ admodum ſunt ipſorum affectuū notæ, quæ non ſimul locum affectum oſtendant. Etenim vt actionum noxæ, affectam dūtaxat particulā, ita earum differentiæ, ipſius affectū declarant. ❡ Hæc ergo ſola ſunt affectuum propria ſigna, quę per accidens ipſos ſequuntur, id vero clarius in vniuerſo huius operis diſcurſu patebit. Necnon videbuntur cōmunes quoq; notę, quæ ſimul & affectum, & ſedem

Excremēta

Locus.

Accidētia propria.

Color corporis.

affectam, aut duos affectus, aut duas particulas indicare poſſint. ¶ Huic itaq; libro in præſentia finem iponere ſtatui, ſi de proprijs affectibus, & ijs qui per conſenſum eueniũt, aliquid addidero. admonens imprimis ꝙ affectus, qui a reliquis medicis primarij vocãtur, equidem commodius proprios affectus appellauerim, quãquam nihil refert, ſi eos primarios nominare volueris. Quippe ſatius eſt rerum differentias intelligere, quã contendere de nominibus. ¶ Sane quum vel vapores vicioſi, vel ipſi quoq; humores, a ventriculo ad caput aſcendunt, mens læditur. primogenio igitur cerebrum affectu tum laborare, dicet nemo, quamquam omni affectu carere ipſum, haudquaquã defendi poteſt. Verum id quod de huiuſmodi affectibus in cõfeſſo eſt, quod ſcilicet per cõſenſum afficiant, veriſſimum eſt. quippe ex hoc vocabulo (per conſenſum affici) partem non penitus ab affectu eſſe liberam, ſed ipſam cum alia affici, declaratur. Atqui melius, clariuſq; enarraueris, ſi eã partem quæ per conſenſum afficitur, ab altera affici dixeris. ¶ Igitur quod multi medicorum veluti ſomniantes obſcure intellexerunt, atq; ipſum vtpote non intelligentes haudquaquam clare enunciauerunt, id equidem veluti iſtituto operi perquam neceſſarium, docere aggredior, inde ſumpto initio. Sunt nonnullæ actiones, quę idonea indigentes materia, ipſam ab alijs partibus pręparatam accipiunt. qua de re interdum optima ratione fit, vt nulla exiſtẽte in actionis cuiuſpiam proprijs inſtrumentis, noxa, ipſam perire contingat, defectu ſcilicet materiæ, ex qua fieri conſueuit, veluti in voce res ſeſe habet. Nam in libro quem de ipſa conſcripſimus, oſtenſum iam eſt, quod

Proprius affectus. Affectus p conſenſum

Per cõſenſum affici.

Vox.

exufflatio, materia quidem vocis eſt, ſed efficiunt eam commiſſo thorace, intercoſtales muſculi. Igitur his nihil agentibus, animal vocem amittit, & quidem nullo interdum in proprijs vocis particulis, apparente affectu. Sunt vero huiuſmodi partes, ſummatim quidem loquẽdo, totũ guttur. Si vero particulatĩ explicare volueris, ſunt tres cartilagines, a tribus motæ muſculis, quibus accedunt nerui a cerebro demiſſi. Eſt preterea in gutture ligula (greci epiglottida vocant) hæc maxime propriũ vocis inſtrumentum eſt. Etenim quum moderate & aperitur & committitur, vocem efficit. quãquam vocem reddi impoſſibile eſt, niſi vehementer ſpiritus egrediatur. id vero, ad intercoſtales muſculos pertinet. ¶ Cecidit quidam ab alto, ita vt dorſi initium affligeretur, is tertio die exiguam admodum vocem emiſit, quarto deinde die omnino obmutuit. reſolutaq́ ſimul fuerũt crura, manibus omnino illeſis, ſed neq́ ſpirationem amittebat, neq́ difficulter ſpirabat. Quum enim tota ſub ceruice ſpina eſſet reſoluta, accidit thoraci, vt & ſeptum tranſuerſum, & muſculi ſuperni, numero quidẽ ſex, mouerentur. quippe nerui ex ſpinali medulla, quæ in ceruice eſt, ipſis adueniunt. At intercoſtaliũ muſculorum nerui, per quos exufflationem fieri diximus, omnes affecti erant. Quum itaq́ fruſtra medici negocium ſubirẽt, circa crura quidem, vtpote reſoluta, circa guttur vero, propter vocis affectũ, equidem id interdixi, atq́ affecto dũtaxat loco curationem adhibui. Proinde finita tandem ſpinæ inflãmatione, a ſeptimo die vox reſtituta eſt iuueni, & crura motionis facultatem recuperauerũt. Huiuſmodi ergo noxe ſpeciẽ, magis proprie per cõſenſum euenire

Vocis iſtrumenta.

Vox viciata.

dixeris, q̃ vbi ab humoribus in ventriculo cōtentis, caput dolore tentatur. quippe per huiuſmodi diſpoſitiones, eleuatur ad ipſum aliquid. ſed in dictis nuper diſpoſitionibus, nihil noxium ad crura defertur. Nam contra, priuantur ea facultate, quam antea ſpinalis medulla ipſis ſuppeditabat. Guttur vero, quū vox ablata eſt, non omnino priuatur ſpiritu. quippe ſpirare animal per ipſum, etiandū videmus. At vero vocem amittit. quæ quidem fieri ſolet, cum affatim plurimus ſpiritus per guttur animalis foras effertur, Sed de nominibus cōtendere cæteris permittamus, nobis enī res, quas illi penitus ignorant, pertractare ſatis fuerit. Q uippe aliter dolet caput, vbi contenti in ventriculo humores eleuantur, qui ſimul & calfacere, & diſtendere caput poſſunt. atq; aliter per ſuffuſiones, apparent viſa quædam, neq; calfactis, neq; intentis oculis, ſed ſolo vapore per ipſos tranſeunte. Prӕterea aliter cӕcutire videtur is, cui meatus a cerebro deſcendens obſtructus eſt, q̃uis huic quodāmodo ſimiletur. aliter ille, cui propter ſpinӕ inflammationem, reſoluta ſunt crura. atq; aliter is, cui vox aut perijt, aut viciata eſt. Etenī ad crura facultas quedā, ſed citra eſſentiā, deſcēdere ꝓhibetur, ad oculos vero cū eſſentia. verū ad guttur, q̃uis materia ꝑueniat, ſufficiens tamen ipſius quātitas haudquaq̃ accedit. Qui vero ob intercoſtaliū muſculorū ꝑforationē obmutuit, is totam vocis materiā amiſit. Porro queadmodū crura, ꝑ dictas ſpinӕ diſpoſitiones reſoluunt̃, ita etiā guttur, vocalibus neruis vel inciſis, vel laqueo interceptis (Vocare autē vocales neruos cōſueui eos, quos ipſe iueni. Nam prӕceptores mei eos dūtaxat qui ad arterias pertinēt, cognoſcebant) atq; ob horū

Suffuſio.

Vocales nerui.

quocꝫ vicia, vox perire ſolet. qm̄ ꝓprij gutturis nerui, quos equidē recurrentes nomīare ſum ſolitus, ipſorum eſſentiæ pars eſſe cēſentur. Sed quū ad multas alias partes diſtributi perueniant, nullam habeo aliam magis ꝓpriā appellationē, ea qua vocales ipſos nominaui. quippe ad inſtrumenta vocem cōcinnantia, proprie pertinent. Atqꝫ idē eſt modus, quo gutturis muſculi ledūtur, ſiue recurrētes, ſiue hi qui iuxta arterias ſunt, vicietur. vtrincꝫ enī facultas deſyderat, ſine qua ipſi a cōſilio, & volūtatis īperio, moueri poſſunt minime. Et quidē inciſis muſculis, qui ligulam (id eſt epiglottida) mouent, animal penitus mutum euadit. ſed neqꝫ ſimili omnino modo, neqꝫ etiā in totū diuerſo, ab eo quo leſis neruis, vox perit. Nā vtriuſqꝫ noxa, hoc cū altera habet cōmune, quod ligula continuitate, quā ad mouens principiū habet, priuatur. id vero fieri ſolet ſiue neruus, ſiue muſculus incidatur, aut laqueo intercipiatur, aut contūdatur, aut quōlibet aliter vicietur. Equidem vocem viciatā fuiſſe memini, adeo vt pene perderetur, infrigidatis vehementer neruis recurrētibus, quum per hyemem ceruix fuiſſet inciſa. quod quum intelligerem, calorifi cis remedijs naturalem temperaturā neruis reſtituens, vocem reuocaui. Cęterum vt ob materię priuationem, perforato thorace, ita etiam aſpera arteria tota inciſa, vox perit, qđ nullus ſuperſit ſpiritus, qui ad proprium vocis inſtrumentū trāſmittatur. Idem efficit, ſed aliomodo, laqueus collo circundatus. verū hic non ſolum mutum reddit animal, ſed etiam ſuffocat, tollendo ſcilicet ſpirationē. Arteria autem diſſecta, voci quidem nocet, ſed animal reſpiratione non priuat. Angina vero vocata, quū ſit internarū guttu-

Nerui recurrentes.

Angina.

ris partium inflammatio, ſtrangulationi proportio= ne reſpondēs, reſpirationē tollere poteſt, ipſius meatum obſtruendo. Idcirco vocalis inſtrumēti, maxime proprius affectus eſt, ac deiceps externorū ipſius muſculorū noxa eſt. Cæteras partes omnes quarū meminimus, non proprie, ſed per cōſenſum potius afficit. ¶ Quū ex ceruice quidam choeradas (vulgo ſcrophulas appellant) in profundo incūbentes excideret, vnguibus eas euellens, imprudens ob ignorātiam ſimul recurrētes neruos diſtraxit, atq; hoc pacto puerum liberauit a ſcrophulis, ſed mutū reliquit. ¶ Quidam alius, in alio puero ſectionem faciens, ipſum ſimiliter ſemimutum reddidit, lęſo videlicet altero dūtaxat neruo. Mirabantur vero ōnes, quopacto neq; aſpera arteria, neq; gutture affecto, vocem lędi contingeret, qui quū rubentes neruos (me oſtendente) cōſpicerēt, admirari deſierūt. Quibus igitur partibus, vel materiæ, vel facultatis copia, non trāſmittitur, actionem lędi probabiliter dixeris, parte ipſam faciēte nequaq̄ lęſa. At vero ſi vel a vaporibus, vel humorib9 aliunde ad ipſam veniētibus, lędatur, eam non recte dixeris illęſam. Neq; minus etiam probabile eſt, partem, vel materia, vel facultate priuatā, lędi, vtiq; ſi officium ſuum, quū hæc reciperet, ſecundum naturam exercere poſſet. Proinde ex huiuſmodi in vtramq; partem conatu, dialecticorū problematū conſyderatio, neq; ad affectuum notitiam, neq; ad curationē, neq; etiam ad futurorum euentuum præſagia, quicq̄ vtilitatis afferre poſſe videtur. Animaduertas ergo velim, quomodo equidem curationem ex affecti loci notitia inuentam, hac conſyderatione neglecta, narrare aggredior. ¶ Occurrit mihi quidam, medicamē=

Choerades

Dialectica ꝓblemata.

Digiti reſoluti.

tum tribus digitis adhibitum oſtendens, dixitq; triginta iam diebus, ſenſificam ipſorũ facultatem ſe amiſiſſe, illęſa ſeruata motione, ſed nihil præſidij ab impoſitis medicamentis percipere. Ego vero id quod in huiuſmodi caſibus facere conſueui, ne nunc quidẽ obliuioni tradidi. quippe vocato medico qui digitorum curationẽ ſuſceperat, interrogaui cuiuſmodi remedia adhibuiſſet, quæ quũ intelligerem ad hãc rem eſſe idonea, cauſam inueſtigare cœpi, cur nullum ab ipſis homo pręſidiũ cõſequeretur. inquirẽs itaq; quę pręceſſerant accidẽtia, inueni, ipſo dicente, neq; inflãmationẽ, neq; refrigerationẽ, neq; ictũ pręceſſiſſe, ſed ipſum paulatĩ ſenſum perdidiſſe. Captus itaq; admiratione, rurſus ĩterrogaui, nũ ſuperiorũ partiũ aliqua icta fuiſſet? ille reſpondit, digitos quidem non fuiſſe ictos, ſed dorſi initiũ fuiſſe afflictũ. Deinde quomodo, & quando id accidiſſet quũ interrogarẽ, reſpondit, ſe quũ Romã ꝓficiſceretur, a vehiculo decidiſſe, ac nõ multo poſt digitorum ĩcepiſſe affectũ, quocirca cõiecturã feci, neruorũ qui primi a ſeptima ꝟtebra procedunt, partẽ quãpiam ob ictũ fuiſſe inflãmatã, ac nũc durã habere diſpoſitionẽ. Id vero ĩtellexi, doctus ex arte ſecandi corpora, quod nerui per ꝓpria lineamẽta, veluti venę, exoriri vidẽt, adeo vt vnũquẽq; exqſite vnũ eſſe putares, quẽadmodũ & venã. Verũ protinus ab origine multi ſunt ſimul cõcreti, qui cõmunib⁹ vĩculis cõtenti, a cerebri mẽbranis exoriunt. Ergo neruorũ, qui a ceruice prodeũt vltimi exigua pars, ad minores peruenit digitos, per cutẽ ipſos cõtinentẽ, ac ꝑterea per medij digiti medietatẽ diſpſa. Qđ vero cęteros medicos in maximã duxit admirationẽ, quod ſcilicet media pars afficeretur, id mihi Paradoxũ.

perſuaſit potiſſimũ, eam tantum nerui partem quæ in cubito ab ipſo egrediens, in iam propoſitis digitis finitur, eſſe affectam. Igitur adhibitũ ei medicamentum abijcere iubens, illi p̃cipue ſpinę parti, quę in affecta particula principatum obtinebat, ipſum adaptaui. Sequutaq; eſt res, vt aſpicientibus videbatur, & admirabilis, & inopinata, q̃ digiti manus adhibitis ſpinę medicamẽtis eſſent curati, & ab affectu omnino liberi. Sed orta eſt ĩter medicos queſtio, quęnã ſit eiuſmodi neruorũ diſpoſitio, vt per ipſam ſeruato eorum motu, ſenſus pereat. Equidem id ipſum dicebam, quod priores medici dicere ſolebãt, quod ſcilicet ſẽtire per affici, moueri vero p̱ facere aliquid, explicatur, quapropter vt quis moueatur, opus eſt robore, ſed vt ſentiat, vel minima facultas ſufficit. Cũq; recte me hunc dixiſſe ſermonem putarent, quid igitur (inquam) vidiſtis ne aliquando contrarium, ſeruato ſenſu vt motus deficeret? Tum cæteris fere omnibus ſe nunq̃ conſpexiſſe dicentibus, vnus id confiteri audebat, ac nomie laborantis citato, teſtes quoq; adhibere pollicebatur. Quum vero hoc ſupradictis repugnare videretur, in motis quidem partibus, non vero ſentientibus (etenim quod ad hanc rationẽ pertinet, fieri haudquaq̃ poteſt, vt perdito ſenſu, motus a voluntatis imperio prodiens ſeruetur) rurſus orabant, vt cauſam explicarẽ, quãobrẽ vtraq; appareãt. Ea vero (q̃uis nõ ignorent ij, qui neruorũ diſſectionẽ didicerũt) talis eſt. Omnis ab impetu prodiens motꝰ, ad muſculorũ officiũ p̱tinet, quippe nerui per ſe, ſine muſculo, nullã huiuſmodi in animãtis particulis actionẽ efficere poſſũt, ſed per muſculos, oẽs a cõſilio & volũtate prodeũtes motus perficiũt. ad partes ve-

Sẽſus amiſſus illeſo motu.

Motus voluntarius.

ro mouendas, muſculi ipſi aliquando quidē manifeſte perueniunt, aliquādo vero per medias tendines, quas aponeuroſeis (id eſt a neruis ortas) aliqui cōnominant. Atq; ex hoc genere ſunt tendines, quib⁹ digiti mouētur, haud abſimiles his, qui toni ab Hippocrate nominant̄, rotundæ ſcilicet. Si itaq; muſculorū neruos affici contingat, motus digitorum perit. ſi vero eos qui ad cutem perueniunt, tangendi ſenſus corrūpitur. Sed vbi tota reſoluuntur membra, cū videlicet cōmune principium affectū eſt, ſimul & ſēſus & motus pereunt. atq; tū locum primario affectum, ex læſorū neruorū multitudine dūtaxat, inuenire poteris, idq;, ſi exquiſite cognoueris cōmunia ipſoꝝ principia, quę in neruorum diſſectione percurrimus, cum nullus ante me huiuſmodi diſſectionem accurate tractaſſet, vtpote nemine nō plus minus errante. Igitur ſolus ille, qui in ipſis fuerit exercitatus, exquiſite conſyderare poterit, in qua vertebra, ſpina ſit affecta, ſiue tota, ſiue altera eius pars afficiatur. Nam accidit, vt dextra pars duntaxat afficiatur, altera omnino illeſa, aut econtrario, vt illa manente integra, ſola ſiniſtra affectum ſuſtineat. Atq; hac ratione, interdū tota pars ſiniſtra reſoluitur, dextra parte manente illeſa, interdum cōtra, dextra pars dūtaxat et afficitur, & reſoluitur. Vbi vero non affecta ſpina, tantū vn⁹ nerui proceſſus lęſus eſt, eas duntaxat partes reſolutio conſequitur, in quas neruus ille diſtribut⁹ eſt. Accidit enim interdum, vt duo, aut tres duntaxat neruorum proceſſus afficiātur, quum interim ſpinā nulla noxa infeſtet. Sic affectus erat is, qui per reliquas quidē manus partes omnes, ita fuit reſolutus, vt neq; ſentiret, neq; moueretur, ſed in tribus ſolis digitis ſē-

Tendines.

Toni.
Paralyſis.

ſum habebat integrum. Porro cuidā alteri, non ſolū ij manſerunt illeſi, ſed etiam eorum muſculorum, in quos neruorū propago ſub ſeptima vertebra exorta diſtribuitur, motiones ſeruatæ ſūt. Atq; ali9, ob caſū ab alto vehementer afflictus, ſolos eos muſculos reſolutos habuit, qui hui9 nerui partes ſuſcipiūt. Idē etiā in ijs duntaxat cutis partibus, ſenſum amiſit, ad quas prædicti nerui ramuſculi demittūtur. Igit̃ ſi ſcire deſyderas in qua vertebra ſit affectus, an in ſola nerui cuiuſpiam propagine, an in ſpinali quoq; medulla, reſolutos muſculos conſyderare oportet, ac ſimul eā partem quæ ſenſum amiſit. nā ſpinali medulla in aliqua vertebrarum affecta, omnes partes inferiores reſoluuntur. Q; ſi in altera parte lædatur, altera manēte illeſa, partes duntaxat quę illi e directo reſpondent, reſolutio infeſtabit. Si vero nerui radix afficitur, reliquę partes oēs affecto loco inferiores, q; bus ſinguli nerui diſtribuuntur, reſoluentur. Hæc ſi accurate didiceris, nullo negocio circa reſoluta membra relicta ſpina occupaberis, huic enī adhibitis remedijs, partem affectā curabis. Sic etiam ſi non circa ſpinam, ſed in regione illam ſequente, neruus afficitur, partim ex muſculis, partim ex cute, quęrendæ ſūt notæ. Cutem quidem facile eſt cognoſcere, nam oculis ſubijcitur. Muſculi vero ex actione quæ perijt depræhendūtur. Proinde neceſſe eſt, circa muſculorum ſectionem, te exercites, vt cognoſcas, cuius actionis quilibet ſit inſtrumentum. Sic enim duntaxat diſcernere poteris partes, quarū actio perit, nullo morbo corporalem ipſarum eſſentiam infeſtante, aut in quibus pręcedit morbus, vel fiens, vel factus. Verū morborum genera & differentias omnes ex altero

didiciſti libro, qui de morborum differentijs inſcriptus eſt. atq; ſimiliter ex alio accidentium differentias. at de cauſis vtrorumq; etiam ſeparatim ſcriptũ eſt. In vno quidem de morbis, in tribus vero de accidentibus, in quibus exercitari oportet eum, qui facile voluerit inuenire, diſcernereq; et cauſam, & affectum, & ſedem affectam. Etenim fieri non poteſt, vt omnia per concurſum doceantur, quãuis eorum, qui ab experientia empirici vocantur, huiuſmodi fuerit opinio. Qui vero accurate & pręcedentia, & præſentia cognouerit accidentia, atq; ſic ad curationis viam & rationem ab experiẽtia traducitur, inueniet & locum affectum, & ſimul ipſam diſpoſitionem. Sed id magna ex parte accidit partibus, quæ in intimo corpore conſtituuntur, veluti paulo ante de his qui ſenſum et motum perdiderunt, oſtendimus. ¶ Atq; nõ ab re fortaſſe fuerit narrare quędam quę iam facta fuerũt, cuiuſmodi hæc ſunt. ¶ Puer annorum fere ſex, inuitus, per aluum excrementa deijcere incepit, reſoluto derepente circa ſedem muſculo. Quinetiam ſeni quondam huiuſmodi euenit accidens, atq; rurſus alteri puero, ętatis fere ãnorum quatuordecim, excrementorum inuita per aluum excretio ſuperuenit, infeſtante ſimul veſicam dolore, atq; alteri vrina quoq; fuit ſuppreſſa. Cõtra, alter vrinã inuitꝰ excreuit, atq; alter non ſolum vrinã, ſed alui quoq; excrementa inuitus deiecit. In ijs omnibus, ea quę præceſſerunt, ſcrutari oportet. Nam i totum aut refrigeratam, aut ictam, ipſorum ſpinam arbitrandum eſt. Sed frigus quidem, vni duntaxat affecto muſculo nocet, ictus vero, magna ex parte pluribus noxam infert. Nam perrarum eſt, vt icta ſpina vnꝰ af-

ficiatur muſculus, quoniam nerui ex ſpina orti ī plures muſculos diuiduntur. Verum vbi ob ictū affectus eſt muſculus, ſi ſuperueniēs inflāmatio, ob negligentiā induret, reſolui ipſū contingit, q̄q̄ id raro accidere videatur. At vero frigus ſæpenumero vnū lędit muſculū, maxime eū qui in ſuperficie ſedis eſt, ſiue ſederit quis ſuper lapidē frigidum, ſiue in aqua frigida ſupramodū fuerit verſatus. Igitur puer cui⁹ & veſica, & ſedes lædebatur, cum in fluuio piſces venaretur, ſic fuit affectus. Nonnullis etiam ī aqua frigida natantibus, itidē accidit. Hos itaq; ſic affectos, curare oportet, calorifica auxilia locis affectis adhibēdo. Quibus vero neruorū a dorſi ſpina ortorum quiſpiā fuerit affectus, eius principio adhibēda ſūt remedia. Sępenumero etiam vbi ab alto loco quis cecidit, aut vehementem fortemq; ictū ſpina ſubijt, inflāmatio ad plures partes extenſa, nō ſolum muſculis, ſed veſicę quoq; noxam intulit. quibus ob veſicę ipſorum affectum, vrina ſupprimitur. Sunt quibus non ſolū vrina, ſed alui quoq; excrementa penitus retinentur, affectis ſcilicet inteſtinis. Nā vt muſculi affecti, actiones a conſilio et voluntate pendentes, ita & veſica, & inteſtina, naturales actiones lædere poſſunt, eo q̄ ipſis cōmiſſis excernuntur ea q̄ continent. Atq; in hac re plurimum differunt naturalia ab animalibus inſtrumentis, ſiquidē naturalibus cognatam actionis vim eſſe, animalibus vero inſtrumētis, eam a principio (veluti lumen a ſole) ipſam defluere, iam oſtenſum eſt. Ergo vt magneti lapidi vis ieſt, qua ferrum attrahere poteſt, ita naturalia quoq; inſtrumenta omnia, facultatem habent, qua actionē ſuam perficiunt. Proinde ſi permanens fuiſſet ipſorũ

Vrinę ſuppreſſio.

Aluus aſtricta.

Naturalia iſtrumenta

Animalia inſtrumēta

Magnes.

eſſentia, neq; arterijs, neq; venis, indiguiſſet. verum quia nutrimento egent, ſeruareq; oporteat intimi caloris temperaturam, hanc ob cauſam, & venis indigebant, & arterijs. Sic etiam muſculi, vt eſſentiã ſuam ſeruare poſſint, non ſecus q̃ naturalia inſtrumenta, & venis, & arterijs indigẽt. At quia cognatũ ſenſus & motus principium non habẽt, idcirco neruos, per quos hoc ipſis influat, deſyderare videntur, idq; ſolis exemplo, qui ſplendorem omnibus reb⁹, quas illuminat, affert. Quamobrem ſolis partibus, quę et ſentiendi, & mouendi vim habent, accidit, vt ipſis ĩterdum haudquaq̃ affectis, nichilominus eorum actio pereat. id quod naturalibus inſtrumentis accidere non ſolet. quoties enim horum actio lędit̃, ſemper primario affectu laborant. Verum animalib⁹ inſtrumentis omnibus, naturale quoq; munus debet̃, quippe & arteriarum, & venarum adminiculo indigent, ad eſſentiam ipſorum ſeruandam. Ideo accuratiſſime intueri, ac diſcernere oportet, quę accidentia eis, ea ratione qua aut naturalia, aut animata ſũt, ſoleant euenire. veluti alterari (vt ita dicã) a vicinis, ipſis, vt naturalibus. alterationem vero ſentire, vt animatis, euenit. Sic oculis quoq; ſæpenumero contingit. Nam vapores a ventriculo elati, ipſos omnino alterant. verum tam exigua alteratio non ab omnib⁹ ſentitur, niſi ſyncæriſſimam habeant ſenſificã facultatem. voco autẽ ſyncęriſſimã, quę minimas quaſq; res cernere poteſt. Syncæriſſima viſio.

¶Galeni de affectorum locorum notitia, liber ſecundus.

SCopus eſt, iubẽte ſemper Eraſiſtrato, exercere mentem, cũ in alijs artis operibus, tum vero in ea, quã nũc ꝓpoſuimus, affectorũ locorũ notitia. Circa quã tres ſunt exercitatiõis modi. Vn⁹ circa ſingulas corporis ꝑtes, quas locos nominant. Alter circa cauſas & diſpoſitiones. Tertius eſt de accidẽtiũ differentia.

Exercitationis modi tres.

¶Igitur a locis ſumpt⁹ modus, huiuſmodi eſt. Affecto cerebro, huiuſmodi ſeparatim eueniunt accidẽtia. Ventriculo affecto, hęc ſunt propria. Colo affecto, hæc. Atq; in reliquis ſimiliter.

Locus.

¶A diſpoſitionib⁹, & cauſis, talis eſt. Inflãmationis ſeorſum, huiuſmodi ſunt accidẽtia. Scirri, huiuſmodi. Refrigeratiõis, hęc. Plenitudinis, hęc. Cruditatis (id eſt corruptionis ciborum) hæc.

Diſpoſitio & cauſa.

¶Ab accidentibus, vt hoc doloris genus, haſce diſpoſitiones portendit, aut hoſce locos. tuſſis vero has, ita & vomitus, ſanguinis profluuium, fluor alui, conuulſio, horror, frigus, delirium. Quũ enĩ hæc omnia inter ſe hoc pacto diſtinguuntur, facile ĩtelligetur, quid vel bene, vel male dictum fuerit. Q̃ enim ſic ſeſe res habeat, plane diſces, ſi ſingula conſyderaueris.

Accidẽtia.

¶De his quæ ab Archigene ſcripta ſunt, putante ex doloris ſpecie ſedem affectam poſſe diſcerni. Cap. I.

VTra protinus quum in hoc genere abundaret Archigenes, ex dolorum differentia, affectas particulas declarare tentauit, proinde dolorum modos exquiſite ſpeculemur.

¶Nam ſtupidum quidem dolorem, neruis euenire dicit, ſed plane peccat. quippe ſtupor a frigida diſpoſitione orit̃, non neruorum duntaxat, ſed etiã venarum, arteriarũ, carnis, mẽbranarũ, tunicarũ, & cutis. Igit̃ ſi ob id, ꝙ hęc oĩa ꝑ neruos ſenſũ habẽt, ad neruos diſpoſitionẽ refert, cur nõ reliquas oẽs neruorũ differẽtias, proprie ad neruos pertinere dicit? Quippe vt dolor, triſtis ſenſus eſt, ita voluptas, blãdus eſt ſenſus. Ergo nõ ſolũ ſtupor in neruis eſt, verum etiã reliquorũ dolorũ oĩm, quos ipſe quoq; Archigenes deſcripſit, vnuſquiſq;. Qꝫ ſi rem accuratius inſpexeris, haudquaq̃ doloris ſpecies dicendus eſt ſtupor, veluti neq; vlceris ſpecies, inflãmatio. Sed duarũ potius rerum, in his quidẽ vlceris & inflãmationis, ĩ illis vero doloris & ſtuporis concurſus eſt. Etenim ſtupor refrigeratio inſignis eſt, idcirco corporib⁹ ita diſpoſitis, & ſenſus & motus difficultatẽ inducit. Quẽadmodũ cõpleta refrigeratio, & ſenſũ et motũ oĩno tollit. Sed ꝙ ſtupor diſpoſitionis ſit nomẽ, nõ ſenſ⁹, aut doloris, ſic dicẽte Hippocrate declarat̃. Stupor enim mediocris, dolorẽ ſoluere poteſt. Nam ſtupor, refrigeratio eſt, vt plane videre eſt in his, qui in hyeme ꝑ frigora proficiſcũt̃, atq; in refrigerãtib⁹ quoq; medicamẽtis. Nã ſi extriſec⁹ ĩmodice adhibeãt̃, particula ipſa ſtupida euadit, quæ ſenſũ quoq; omnino amittit, ſi vehementiſſime refrigeret̃, idq; nõ ſolũ a medicamẽto, ſed etiã a circũfuſo nobis aere. Eqdẽ noui quoſdam adeo refrigeratis pedibus, vt imprimis quidem ſenſus periret, ſequentibus vero deinde diebus, emortui pedes, putreſcerẽt. Ergo vt ꝑfecta refrigeratio, et ſenſũ penit⁹ aufert & motũ, ſic moderatior, et ſẽſ⁹ & mot⁹ difficultatẽ ĩducit. Noĩat̃q;

Stupidus dolor. *Dolor.* *Voluptas.* *Stupor.*

(vt dixi)hmōi refrigeratio, ſtupor. Itaq; ſtupid⁹ dolor, diſpōnes efficit frigidas ſil' & doloroſas, indicāte id noīe, non doloris (vt dixi) differentiā, ſed dolorē ſimul, & frigidā diſpoſitionem, aut ab ipſa inductam particulę, & ſenſus & motus difficultatem. Conſtat autem ꝙ cōſtrictas vehementer particulas, atq; eos quoq;, qui torpedinem animal, dum adhuc viuit, tetigerint, ſtupor infeſtare ſolet. Et quibus membrum aliquod ſtupidum fuerit, ij quicquid tetigerint, obſcuro, & hebeti ſenſu percipiūt, neq; moueri poſſūt. ſi vero moueri cogāt, dolent. At citra hoc quod moueri tentent, affectum ipſum ſtuporis haud obſcure ſentiunt, ſed tum nequaq̄ dolent. Proinde male Archigenes enunciauit, ſtupidum dolorem ad neruos proprie pertinere. Stupor enim diſpoſitionis, non loci affecti indicium eſt. ¶ Atqui paulo poſt rurſus Archigenes duobus in locis proprie ipſum ad muſculos pertinere ait, in quorum altero ſic īquit. Nerui au-

Torpedo.

„ tē contorti, diſtenduntur, & indurantur, atq; hi ſtu-
„ pidos inducunt dolores, atq; dure ītenduntur. Dei-
„ de paulo poſt, in hunc ſermonem prorūpit. Muſculi
„ autem carnis neruorūq; propriorum, ac deniq; arte-
„ rię mixtura conſtantes, in doloribus referunt, ſtringē
„ tes (vt ita dixeris) atq; late diſtenti, ac ſtupide pulſā
„ tes. In horū ſermonū priore neruos ait ſtupidos īferre dolores. In altero vero muſculos ſtupide pulſare, ſtupidū non ad affectus, ſed ad partes, referens. Sed vt dicebam, ſtupor nō particulę cuiuſpiā, ſed diſpoſitionis proprius affectus eſt. quæ quidē diſpoſitio in omnibus corporibus fieri poteſt, ſed non in omnib⁹ ſenſibiliter apparere. quippe in his duntaxat apparet, quę ſuos affectus ſentire, & pro voluntatis impe

rio moueri nata ſunt. Cęterum his, quę manifeſte in muſculis apparent, ſermo ipſius repugnat. quinetiã indiſtincte prolatus eſt, ac fortaſſe nõ intel ligit, nuſquã in corpore carnẽ ipſam per ſe inueniri. Nã muſculi quidem in plurimis vel capitibus vel extremis partibus neruoſi ſunt, vbi etiam tendines inueniuntur. Id vero quod in medio cõtinetur, omnes homines carnẽ nominant, nemine intelligẽte, ꝙ quũ exq̃ſite diſſecatur, carnem haudquaq̃ manere, ſed cum tenuiſſimis quibuſdã, veluti fibris, in quas neruoſũ genus reſolutũ eſt. Voco autẽ neruoſũ genus, ĩ vnicã appellationem cogẽs, tũ vincula, tum tendines, quippe ex iis per carnẽ diſperſis, muſculorũ oſtendimꝰ eſſentiã conſiſtere. quę vt permanere poſſet, venis indigebat & arterijs. Atqui citra dolorẽ pulſare, ad ſolas arterias pertinet, animali etiãdum bene valente. Vbi vero ingens oborta eſt inflammatio, vel eryſipelas, vel abſceſſus, arteriarũ pulſum cũ dolore ſentimus, quũ antea per bonam valetudinem, neq̧ cũ dolore, neq̧ ſine dolore ipſũ ſentiremus. Quinetiã euenire videmus, vt duabus pręcipue occaſionibus, vehemens dolor inflãmatis partibus inferatur, quum mouent̃, aut quũ a re quapiã comprimũtur. Inflãmato igitur omnino muſculo, duplici modo, productis arterijs, dolorẽ ſentimus. Nã & mouentur, & ab adiacẽte carne comprimuntur, & ipſam cõprimunt. Atq̧ hic eſt modus quo partes inflãmatæ pulſant, quẽ veterrimi quiq̧ ſolũ vocãt pulſũ. Poſteriores vero oẽm arteriarũ motũ, quẽ ſenſꝰ percipere poſſet, ſimiliter nominauerunt. Sed nõ protinus ſtupide pulſare, inſeparabiliter, aut omnino proprie, ad muſculos pertinet, quũ ne pulſare quidẽ cũ dolore, pulſu id omni-

Muſculorũ cõpoſitio.

Vincula.
Tendines.

Arterię pulſãt ſine dolore.

Dolor ab ĩflãmatiõe.

Pulſus.

no(vt dictũ eſt)declarante. Nã in ſcirris, & œdema-tis, qui proprie tumores appellantur, atq; ĩ intẽperaturis, quę ſine tumore conſiſtunt, motus arteriarum dolorem haudquaq̃ excitat. Ac ne per iflãmatos affectus quidẽ, niſi quũ maiores effecti ſũt, dolor infeſtat. Eteni ſine muſculo, arteria iflãmatoriũ ſuſtinẽs affectũ, ipſa per ſe cũ dolore pulſat. Dico aũt inflammatoriũ affectũ, vt ſimul cũ inflãmatione, & eryſipelas, & abſceſſus intelligatur. Quũ ergo huiuſmodi affectus maiores euadũt, pulſus accidẽs eſſe cenſetur. Q; ſi aliquando in ijs pulſus, ipſi ſcilicet laborãti, ſtupidus eſſe videatur (hic eni ſtuporis affectũ ſẽtire poteſt) tũ ſcire licet diſpoſitionẽ in muſculi neruis conſiſtere, ſed ita cõſiſtere, vt ad paralyſin (id eſt reſolutionẽ, tẽdãt. Q uippe ſtuporis diſpoſitio, inter reſolutionẽ, & integrã valetudinẽ media eſt. At pulſus cum dolore factus, cũ inflãmatorijs affectibus notatu dignis numerari debet, idq; ſemp ĩ ipĩs arterijs, atq; ĩ cõtinẽtibus ipãs partib⁹, quũ ob ãguſtiã eas p̃mũt, & ptẽ affectã, q̃ ſentire nata eſt, veluti pcutiũt. ¶ Sic ergo pulſatorius dolor eueniet in peripneumonia, in laterali vero morbo minime, idq; ob partiũ naturã. Nãq; pulmo ſẽſũ nõ habet, morb⁹ vero lateralis mẽbranę coſtas ſuccingẽtis, morbus eſt. q̃ vbi coſtis qdẽ vicina eſt, neceſſario cõprimitur. At media ipſi⁹ pars cõprimi non poteſt, ſed inflammationis dũtaxat ratione dolet. Atq; in hoc ſpacio arteriæ ſunt, quæ per intercoſtalia vocata ſpacia, & per craſſas, laxaſq; coſtarum partes extendũtur, ac in profũdo magis delitēſcunt, & ſuccingentẽ coſtas tunicam haudquaq̃ attingunt. Ergo quãuis dolor infeſtet, non tamẽ ſentit omnino laborans, harũ arteriarũ, in laterali mor-

Inflãmatorius affect⁹

Paralyſis. Reſolutio.

Peripneumonia. Pleuritis.

bo, motũ. Nã inflãmatis interdũ intercoſtalib⁹ muſculis, arteriaꝝ ꝓductionẽ, dolorẽ inferre neceſſe eſt. atq; idcirco laborãs ĩpetu vexabit, atq; ꝑ iflãmatiõis magnitudine, ſẽtiet ĩ ĩpa pulſationẽ. Ob hãc q̊q; cauſã, vbi vehemẽs fuerit pulſatio, ſuppurat ꝑticula, cõſequẽte ſuppuratiõe ĩgẽtes dũtaxat iflãmatiões. Cõſtat igit ex his q̃ iã dixim⁹, ꝙ et pulſatorius, & cõſtrictorius, a medicis vocatus dolor, ꝑ inflãmatorios affectus ſit, atq; in corporibus ſenſibilibus, idq; vel ꝑ ſe vel ꝓprie, vel primario affectis arterijs (noĩet eni quilibet vt voluerit) ĩ reliquis partibus ſenſibilib⁹ oĩbus. At vero neq; in hepate, neq; in renib⁹, vnq̃ huiuſmodi pulſatio apparet. quoniã nullus ꝑ totũ corp⁹ ĩpoꝝ neru⁹ diſperſ⁹ eſt, veluti ne per pulmonẽ q̇dẽ. Quocirca grauitas ĩ ipſis ſentitur, quũ tumoris ꝑ̃ter naturã genus aliq̃d, ea ĩfeſtauerit. Nã in hoꝝ viſcerũ quolibet, adiacens mẽbrana per quã neruus diſꝑgitur, ſẽſu potitur. Quia vero a tumore qui eſt in viſcere, ipſa extenditur, doloris ſpeciẽ appellatiõe dotauit. Proinde Hipocrates primus õniũ ſcripſit, in renẽ dolor grauis. Poſt hunc vero optimorũ medicorũ nõ pauci, nõ acuti doloris, ſed grauitatis ſenſũ in ꝑ̃dictorũ viſcerũ inflãmationibus fieri dixerũt. Eniuero nõ ab re mẽbranæ, q̃uis vehemẽti inflãmatione laborẽt, nõ pulſant, vtpote quibus nullæ ſũt arteriæ, quẽadmodũ ne calor quidẽ. Atq; eadẽ ratiõe, neq; adenes, quib⁹ nullæ ſunt arteriæ. Eteni huiuſmodi partes, quũ inflammatæ ſunt, vnico duntaxat doloris modo vexantur, extenſionis. Quippe huiuſmodi doloris ſpecies, a nullo ſentientiũ corporum, ĩ huiuſmodi diſpoſitiõib⁹ ſeparari poteſt. Reliquæ vero doloris ſpecies, quibuſdã partibus accidere poſſunt, quibuſdã non poſſunt.

Hippocrates.

Igitur meminiſſe eorū ſemper oportet, ac cognoſcere ſingulorum locorum naturam. quietiam intueri, qs vnicuiq; parti modus doloris peculiariter cōueniat, quis vero contra. Proinde reſumentes rurſus ipſos di camus. Quippe vnus doloris modus eſt, qui per inæqualem intemperaturam in affecta parte conſiſtit, vel nulla re ipſam extrinſecus attingente. Alter qui ob tenſionem fit, non ſoli affectę parti proprius. Nā vicinas quoq; partes interdum infeſtat. Eſt item dolor qui a tangentibus duntaxat, in affectam particulā trāſfertur, quū videlicet vel compreſſa, vel afflicta, vel a re quapiā ſuperueniēte vulnerata dolet. Quippe doloris modus, qui a motu procedit, quemadmodum pauloante de arteria dictū eſt, a re quadā media dolorē efficiēte pēdet, etenī hęc vicinis accedens, motā a ſe partem tendit, cōprimit, affligit, vulnerat. Si vero nulli inciderit, eā ſola tenſione, dolorē efficere neceſſe eſt. Partes itaq; totæ ab alijs motæ, ſi nihil extrinſecus ipſas tangat, nullo, pręter eum qui neceſſarius eſt, dolore afficiuntur. Cæterū alibi me frequēter dixiſſe memini, primas doloris ſpecies duas eſſe, quū affatim tēperatura alteratur, atq; quū ſoluit̄ cōtinuitas. Quæ cū iam dictis haudquaq̄ pugnare videntur. Nāq; pars intenta, aut compreſſa, aut cōtuſa, aut vulnerata, dolet ob continuitatis ſolutionem. Neq; enī quū acu quiſpiā vulneratur, altero affectu laborat, quam ſi ab acri humore facta fuiſſet eroſio, vtpote per vtrunq; affectum corrupta continuitate. Igitur non eandē doloris ſpeciē excitāt, mordax humor, et plurimus. Nam ille rodendo dolorē excitat, hic vero tēdēdo, flatuoſi ſpirit⁹ exēplo, ac veluti vrina veſicā intēdit quum nō redditur. Verum in eryſi-

Doloris modi.

pelate, & inflammatione, atq; in totum in affectibus inflāmatorijs, non ſolum quia intentæ ſunt, partes laborant, verum etiā quia intēperatura affectæ ſūt, ac ne hac quidē, exiguā, ad dolorem inducēdū, vim habente. Id quod declarant hi, qui per vehementem hyemē profecti, manus ad ignē affatim calefacere tētant. intolerabilē nimirum ſentiūt dolorē, & quidem maxime in vnguiū radice. Porro memini, michiipſi accidiſſe dolorē vehementiſſimū, vt videre michi videret in intimo ventre terebro perforari, in eo potiſſimū ſpacio, per quod a renib9 ad veſicā vreteras ſcimus extendi. Iniecto deinde rutaceo oleo, quum id paulo poſt excernere tentarē, excreui ſimul grauiſſimo cū dolore, humorē vitreū a Praxagora appellatum, quippe vitro fuſo, tū colore, tū ſubſtātia, haud abſimilis eſt. atq; id alijs quoq; accidere conſpexi. Galeni colica. Vitreus humor. Praxagoras.

Q; vero hic humor ſit frigidiſſimus, iam a Praxagora dictū eſt, qui ob hoc vitrei nomen ipſi impoſuit. Id enim haud obſcure percipitur ſenſu tactus tum ipſorū qui illū excernūt, tū aliorꝝ quoq; qui cōfeſtim ipſū tetigerūt. Sed dignū vtiq; admiratiōe eſt, quomodo frigidus excidere poſſit, neq; ab excretiōis violētia quū excidit, calid9 euadat? Equidē putabā lapidē ī altera vreterarū impactū, adeo erat, vt michi videbatur, doloris ipſius ſpecies pforāti ſimilis. Atqui vacuato humore, doloreq; ſedato, manifeſte cōſtabat, neq; lapidem fuiſſe cauſā, neq; ī vreteris, aut renibus, ſedē fuiſſe affectā, ſed in inteſtinis potius, præcipue vero craſſioribus. Neq; eni vt a tenui corpore, breui tēporis ſpacio exire poterat, ſed a profūdo quodā & quidē craſſiori corpore, quā ſit tenuiū inteſtinorum tunica, ferebatur. Huiuſmodi dolores, Galen9 deceptus.

omnes fere medici colicos nominare videntur, quã-
quã ab ea parte qua dolor ſentitur, nullum indicium
ſumi poteſt, qđ magis colon quã tenue inteſtinum
dolor afficiat. Nã huiuſmodi dolores, perinde ac ſi
terebro partes perforentur, moleſtare ſolẽt, narran-
tibus ita infirmis. Sũt alij dolores per quos palus vi
detur infixus, qui & ipſi corpus affectũ craſſũ eſſe ſi
gnificant. differũt aũt inter ſe, aut multitudine, aut
craſſitudiẽ, aut rei dolorem faciẽtis facultate, ſiue ea
humor fuerit, ſiue ſpiritus flatuoſus. quippe paucus
plurimo, & tenuis craſſo, & permanẽs moto, mino-
rem dolorẽ excitare ſolet. Atq; qui ad vehementem
refrigerandi vim haudquaq̃ accedit, vehementiſſi-
me refrigerante minus cruciat. Verũ hoc doloris ge-
nus, ad craſſum inteſtinum referendum eſt, ſiue pa-
lum ibi infixũ, ſiue a terebro perforari locũ quis pu-
tauerit. Atqui huiuſmodi dolores, ab eo quo lapis ĩ-
pactus eſt, diſcerni non poſſunt, niſi quis accidentia
quæ poſtea conſequuntur expectauerit. Q uãuis ob
huiuſmodi ignorantiam, quod ad doloris mitiga-
tionẽ attinet, nullã laborãti noxã inducamus. ſiqui-
dem vtriuſq; doloris pręſidia, omnia cõmunia ſunt,
et quidẽ calorifica imprimis, ſiue ea extrinſecus ad-
hibeantur, ſiue inijciantur. Deinde niſi mitigatus do
lor fuerit, eorum medicamentorum, quæ dolorẽ ob-
tundere poſſunt, aliquod adhibendũ eſt, cuiuſmodi
eſt id quod a Philone inſtitutum eſt. Verum ſi lapis
dolorem excitauerit, ipſo vacuato dolor quieſcit, iſq;
interdum ſolus, interdum vna cum cruore excerni-
tur. eteni radit ea corpora per quę tranſit, maxime ſi
vel aſper, vel acutus fuerit lapis. ac ſi poſtea vrinas
inſpexeris, ſabuloſa quędam ſubſidere inuenies. Q7

Lapis renũ

Philõis an tidotum.

Nephritidis notæ.

Vrina cruẽta.

ſi in colo affectus conſtiterit, neq; lapis, neq; cruor, neq; arena, ſed humor aliquis, vt ita dicam, ſubſide-re videtur. Atq; alia, quæ ad affectum inteſtinũ per-tinent, apparent accidentia. Protinus enim inflatio quædam, & extenſio, & flatus perplures, p̄cipue ex aluo, & tormina, & excrementa flatibus plena vide-buntur. Ea autem diſcernere licet, ſi ſuper aquam na tent, ac bubulo ſtercori ſimilentur, quin etiam cibi tum cupiditas tum concoctio, deterior euadit. Intue ri etiam oportet & pręcedentia & pręſentia, & ea q̃ per continentiæ cõmunitatem cõſequuntur. pars eni quæ primario afficitur, ventriculo continuitate q̃dã cohęret. Inſuper colicos nominatos affectus, magna ex parte pręcedit, & cruditas & ſpiritus flatuoſus, et vomitus, & nauſea, quæ multo tẽpore inanis ꝑma-net, & in præcordijs mordacitas, & faſtidium, & fa-mes plurima. Igitur ex huiuſmodi quidem dolorib⁹, ij qui vehementiſſimi ſunt, haud ab re in craſſis inte ſtinis conſiſtere putantur, qui vero mitiores ſunt, ex duobus alterum neceſſarium eſt, aut quod a leuiori cauſa oriantur, aut quod in tenuib⁹ cõſiſtãt ĩteſtinis. ſed qui mordaces ſunt, a mordaci humore inteſtinũ erodente, fieri ſolent. Ergo dyſenteriam ſemper hu-iuſmodi dolores pręcedũt, vtpote per quam inteſti-na exulcerantur, quã vel ſolam, tũ recentiores medi-ci, tum antiquorum nõ pauci, dyſenteriã nominant. Quãuis nonnulli, non ſolum hanc, ſed aliam quoq; quæ cruenta, ob excretorum ſpeciem, nominatur, dyſenteriã appellãt. Nã ĩterdũ ſyncęr⁹, plurimuſq; ſãguis ĩterdũ veluti lim⁹ ipſi⁹ & fecis nõ parua quã-titas excernitur. Verũ hęc nõ inteſtinorũ, ſed affecti iecinoris accidens eſſe cenſetur. Ea vero per quam

Colicę ſi-gna.

Dyſẽteria.

Cruẽta dy-ſenteria.

Sanguis a toto corpore.
Hęmorrhoides.
Menſtrua.
Dolor punctorius.
Pulſatiuus dolor.

ſyncer⁹ multuſq; ſãguis excernitur, vniuerſũ corp⁹ plerũq; euacuat, haud ſec⁹ q̃ hęmorrhoides, aut muliebre profluuiũ. Sed hæc poſthac ꝑcurrere ĩ animo eſt. Rurſ⁹ ergo ad dolorũ ſpecies redire oportet, eas enĩ in hoc libro perſequi potiſſimũ ꝓpoſuim⁹. ¶ Igitur iterũ incipiamus a punctorio vocato dolore, circa mẽbranas maxime, tanq̃ radice innitente dolore, ita vt pungi videãt, extẽdit vero plurimũ circa hãc partem dolor. atq; hoc modo in laterali morbo dolorẽ punctoriũ eſſe, & in ĩflãmatiõe pulſatiuũ, apud oẽs fere medicos in cõfeſſo eſt.

Hęmodia.
Stupor dẽtium.

¶ Verũ hæmodia q̃dẽ (id eſt dẽtiũ ſtupor) nihil ſimile cũ mẽbranoſis corporibus (vt Archigenes ſcripſit) habere videt. haud enĩ ignoramus ori duntaxat, neq; toti tamẽ ori, eã accidere, ſed dentes, gigiuaſq; infeſtare ſolet affect⁹ quidã, quẽ hęmodiã vocamus. hãc vero oratiõe q̃dẽ enarrare ĩpoſſibile eſt. ſed cũ quiſpiã & auſteros, & acidos cibos ingeſſerit, ita vt affectus aliquis ſequat in dentibus, & gingiuis, eã oĩbus accidere ſcim⁹. ſiq̃dẽ videm⁹ nos magna ex parte ſimiles eſſe in affectibus tolerãdis, ita vt ab ijſdẽ cauſis, eadẽ ſuſtineam⁹. Hũc q̃dẽ affectũ in ore dũtaxat fieri ſcimus. ¶ Sũt alia dolorũ gñа ab Archigene ꝓſcripta, q̃ neq; dũ fiũt cognoſci, neq; dũ proferuntur intelligi poſſunt. veluti holcinos (id eſt tractorius) auſterus, aut dulcis, ſenſim acidus, ſalſus, viſcoſus, ferus, ſtringens.

Nomina.

Atq; huiuſmodi nomina in libro de pulſibus ſcripta poſteritati reliquit, quæ auditores nihilo doctiores reddere poſſunt, eo quod doctrina quæq; propria deſyderat nomina. Si enim de ſaporibus, aũt omnino de proprijs linguæ ſenſilibus differamus, dicemus vtiq; auſterum, & acerbum, & ſtrin-

gentē,& mordacē,& ſalſū,& dulcē,& amarū.Si vero de tactilibus, humidū corpus,& aridum, & calidum,& frigidū,& aſperū,& leue,& molle,& durū, & acutū,& obtuſum.Haud ſecus de viſilibus quoq;, rubrū,flauū,nigrū, album, fuſcum,aut aliud quidpiam huiuſmodi.Quod ſi appellationes ipſorū permutaueris,quid dicas auditorū ītelliget nemo,veluti de aſtringente,aut auſtero dolore.quippe fieri non poteſt,vt quid ſit dulcis dolor,intelligatur.Nam dolor ſemꝑ moleſtare laborantē ſolet.atqui dulcia queque iucūda ſunt. Igitur quā veriſſimū eſt, Archigenē circa medicę artis opera fuiſſe ſtudioſum,quo pacto tamen in huiuſmodi nomina inciderit, quū ſepenumero inueſtigauerim,inuenire non potui.Videamus ergo quid manifeſte ex ipſis colligere poſſimus, veluti paulo ante de ſtupenti labore iam feciſſe videmur. Nam iuſtum eſt vt obſcura nomina in dubio derelicta,inutilia reputent̄,perīde ac ſi nūq̄ ſcripta fuiſſēt. Quę vero clara ſunt,indicentur nō ratione dūtaxat, ſed multo etiam pręcedēte experimēto, quāquā huiuſmodi indiciū ꝑdifficile eſt,nam plerumq; alijs nos credere oportet, qui ſuos affectus ob animi langorem,neq; conſequi plane,neq; ſi conſequantur,eos enarrare poſſunt,aut quia oratione quid patiātur declarare omnino nequeunt (quippe nō exiguas ea res vires deſyderat) aut quia affectus ipē ineffabilis eſt. Ineffabile. Ergo relinquitur,quod nemo ſingulorū dolorū ſpecies cōſcribere poteſt,niſi ipſemet paſſus fuerit, ſitq; medicus,qui interpretandi alijs facultatē habeat, & qui prudenter,& ſine mollicie, cōpręhendere poſſit ſuos affectus,dum laborat.Atqui nemo inuentus eſt qui per totum ætatis ſuæ decurſum,omnes affectus

ſuſtinuerit, etiam ſi perquam morboſus fuerit. Proinde non poſſum non mirari, quũ eorum proprietates ab Archigene ſcriptas lego, ita ſcilicet ipſo narrante, tanquã omnes paſſus fuiſſet, quãq̃ non admodum morboſus erat Archigenes. Si enĩ vnã aliquam partẽ, & infirmã, & morbidã habuit, non protinus omnibus laborauit, veluti nec reliquorũ mortaliũ vllus. Neq; enĩ inuenire eſt hominẽ eundẽ, qui ſimul & caput habeat infirmũ, & thoracẽ, & pulmonẽ, & hepar, & lienẽ, & ventriculũ, & inteſtinũ ieiunum, & colum, & veſicam, atq; ex reliquis partibus ſingulas. Videtur itaq; quod Archigenes proprijs quibuſdã cõſilijs, & quidẽ dialecticis potius, quã affectuũ ipſorũ experiẽtia fulcitus, pro viribus dolorũ ſpecies explicare voluerit.

¶ Quod ea quę ab Archigene dicta ſunt, aliqua vere & abſolute & clare, alia omnino obſcure imperfecte indiſtincte & falſo dicta ſunt. Cap. II.

VErum vt ſtudioſi maiori a nobis copia dotati recedãt, propoſita eius oratione, vt vera quidem atq; aperta dũtaxat eligant, ipſiſq; credant, eos qui in arte exercitantur moneo & hortor quæ vero ab ijs abhorrere videbũtur, ea ꝑterire oportet. ¶ Igitur Archigenes quum repręhẽdiſſet Aſclepiadem dicentẽ in articulari morbo neruũ affectũ, dolore haudquaq̃ cruciari, quod nichil omnino ſentiret, carnem autem, quãquam non afficitur, dolore tamen, vtpote a parte vicina compreſſam. Poſtea ad verbum ita ſcribit. Porro vaſa vehemẽter cõpreſſa, capitis dolores ſine inflãmatione obortas arcent, veluti prohibita in ipſa incurſione, id quod barbaricũ vin-

Archigenes.

Barbaricũ vinculum.

culũ tũ maxime perficere poteſt. Sphacelodes vero hemicranias, diſſectio eorũ, ſed maxime arterię circũſcribit. Hæc enĩ ſi ſupauerit, pulſatoriũ turgidũq; dolorem inducit, ac rotunda euadit, horrorem plane excitans, quẽadmodũ venę quędã veluti indurãtur. Nerui vero intorti diſtendũtur, ac indurãtur. atq; hi torpentes inferunt dolores, dura diſtentione cruciãtes, & ꝓfundos, & infixos, & anguſtię plenos, & minime fuſos. ¶ Mẽbranæ in latũ diſcurrentes, & inęquales dolores excitant, atq; crebro ita laborant, vt hęmodię (id eſt dentiũ ſtupori) ſimile quidpiã habeant tranſmiſſionis videlicet aſperitatẽ. Ita ſuperficies quoq;, & mẽbranę in media carne cõtentę, quę dilaniantes quoq; dolores inferũt. ¶ Dolores vero a mẽbranis oſſa circũdantibus dependẽtes, perinde affligere cõperiũtur, ac ſi in oſſibus ipſis cõſiſterent. ¶ A venis, graues, & deſcendẽtes, & ęqualiter infixi dolores ſuſcitant̃. ¶ A carne autẽ & fuſi & laxiores, quapropter nõ adeo extẽdi vident̃, ſed arbitrat̃ laborans ſenſum aſperis quibuſdã rebus ĩpleri. ¶ Muſculi, qđ ad dolores ꝑtinet, ex carne neruo atq; arteria quoq; mixta idiomata referũt, ſtringẽtes (vt ita dixeris) & cũ capaci latitudine intẽti & torpide ſaliẽtes. Ex reliquis vero vlceroſus quidẽ dolor, et in vlceribꝰ leuiter acutus, & maxime dulcis, & qui pruriginẽ inducere poteſt, ad ſuperficiẽ pertinere videt̃. ¶ Pũctorius autẽ ꝓfũdas ꝑtes ĩfeſtat, cũ ſinꝰ acceſſerit. ¶ Stimulãs autẽ, parti eorũ quę ĩ loco ſunt, aliqđ affectũ eſſe declarat, parti cõtra, vtpote qui haudq̃q̃ ꝓfundas ꝑtes occupat. ¶ Lacerans autẽ eſt qui in ſimilibus cõſiſtit.

¶ Hic eſt primus Archigenis ſermo ex libro primo de locis affectis, quo docere conat̃ quomodo ex do-

Sphacelodes hemicranię.

lorum differentijs partes affectę poſſint inueniri.

¶ Igitur rurſus ab initio ipſum examinemus, Num incaſſum dixerit, ſphacelodes hemicranias vaſorum diſſectio intercipit: Sed quos dolores nominet ſphacelodes, inuentu difficile eſt. nō enī inter omnes cōuenit, quid hæc vox, ſphacelos, ſignificet. Sunt enim qui dicunt ipſam, vehementē dolorē declarare, Alij tantū inflāmationis exceſſum, vt partē ad corruptionis periculum inducat, quæ diſpoſitio a nōnullis cangrena appellatur. Alij partis affectę corruptionē ipſam, ſphacelon dici volunt. Alij cōuulſionem. Nonnulli non iam factam cōuulſionē, ſed quę per inflāmationis magnitudinē expectatur. Alij etiā nō ſimpliciter cōuulſionē, ſed eam quæ neruoſorū corporū inflāmationi ſuꝑuenit. Alij ſimpliciter fortē tētionē. alij putredinē. Ergo vocabulū ſphacelodes, i iā ꝓpoſita Archigenis orone ſcriptū, ad tātā ꝑuenit obſcuritatē, vt nihil per ipſum explicari poſſe videatur, ipſo nuſquā in alijs libris, medicorū nominū enarrationē cōſcribēte. ¶ Per verbū autē circūſcribit, fortaſſe intelliget quiſpiam ab eo, veluti celeriter & ex toto ſanari. ac ſubijciamus vt ita dicatur. Nam quid facere poterit is, qui intelligere cupit ea, quę ne is quidem qui ſcripſit intelligi voluit. ¶ Deinde pulſatoriū, & turgidū dolorē, arterias inferre dicit, cum ipſi videlicet per ſphacelodes hemicranias primogenia affectione laborāt. In primis itaq; qualis ſit pulſatorius dolor enarrare tentemus, quāuis ante noſtram enarrationem, omnibus medicis notus ſit. ſiquidem ingentium inflāmationum accidens ipſum eſſe perhibent. Turgidus autem dolor eſt, qui a parte primario affecta, veluti a radice incipiens, celeriter in partes adia-

Sphacelos

Cangrena.

Circūſcribere.

Dolor pulſatiuus.

Dolor turgidus.

centes tranſfertur.id vero non ſolũ in hemicrania, vt Archigeni placuit,ſed ĩ cephalea quoq; vocata, euenire ſolet. Etenĩ in hac nõnunq̃ arteriæ primario affectę hmõi (vt ĩquit Archigenes) dolore vexãtur. Ita vt fateantur nõnulli,vaſorũ ipſorũ ſe dolorẽ ſentire, quod interpretari tentans, arteriã ſubhorrentẽ, fieri rotundã dixit. Igitur inquirẽdũ eſt,vtrum veluti per Sphacelodes hemicranias,arterias affici dicit,intelligendũ ſit ab eo,ſimili quoq; modo affici venas,vtpote per hũc ſolũ morbũ,veluti varices obtortas, an cõmune ſit accidens venarũ,vel quomodolibet affectarũ,vel dũtaxat inflãmatarũ. Ex eo enĩ ꝙ ſermoni de venis,iũgit ſermonẽ de arterijs,par eſt,vt cõijciam⁹, de eodẽ affectu ipſum fuiſſe loquutũ. Ex eo autẽ qđ ſubide in vniuerſum de neruis,atq; de alijs huiuſmodi partib⁹ ſcribit,nõ adaptans vni morbo ſermonẽ, eadem ratione putandũ eſt, itidem de venis quoq; fuiſſe dictum. Itaq; in hac ambiguitate ſatius fuerit, vt exiſtemus in eo ſermone quẽ de hemicrania cõſcripſit,ſimul cũ arterijs,ipſum venarũ quoq; mẽtionem feciſſe,atq; reliquorũ inſtrumentorũ ſine vllo diſtincto affectu,neq; in neruis,neq; in ijs partibus,quę illos deinceps cõſequũtur. in quibus dixit venas graues,ac detrahentes,atq; æqualiter informatos dolores inferre. Verũ hæc nõnihil ambiguitatis cõtinent.

¶Quod vero deinceps ſequitur vbi dicit nerui vero diſtendũtur, & manifeſte cõtorti indurant̃,recedit enim ab hemicranica diſpoſitione, definiẽs id in vniuerſum ad neruos quomodolibet affectos pertinere, quod plane falſum eſt. Neq; enĩ quilibet neruorũ affectus, ipſorũ eſſentiã indurat,atq; intorquet. Sunt enĩ nõnulli, per quos laxiores euadunt nerui,quẽad-

modū per alios quoſdā aridiores. Quietiā ſępenūero vbi nullā ſenſu ꝑceptibilē, habent differētiam, ita vt exquiſite ſani videātur, nihilominus neq; ſenſum neq; motum, preſtent ſubiectis corporibus. Itaq; in ſolis fortaſſe inflāmatiōibus, aut inflāmatorijs morbis, aut pręter naturā tumorib⁹, dixit neruos & īdurari, & intorqueri. At ne ī ijs quidē manifeſte apꝑet neruos intēdi. Nam & laborātib⁹ ipſis, & nobis aſpicientibus, intenti nerui apparēt. quapropter niſi curentur, & cōuulſiones & diſtētiones ad ipſos ſequūtur. Atq; ōniū quę in tumorē attollūtur, cōmune accidens eſſe videt̃ vt intendant̃. Nam & arterias, et venas, vbi per ſumma mēbra, orta inflāmatiōe, panus exurgit, intēdi videmus. Plerūq; etiā totū vas intentum videtur, ac rubere magis, & calere, atq; maiori dolore (ſi tangat̃) affectū. Itaq; cōſtat totū iflāmari, incipiendo ab ea parte quæ primario affecta eſt, vſq; ad alas, et inguina. Proinde recte dixerunt ōnes fere medici, inflāmatis partibus, accidit vt rubeſcāt, tendantur, renitant̃, intumeſcant, & doleant. Verū (vt diximus) nō oībus, ſed his dūtaxat accidit pulſus, quæ arterias habent notatu dignas, & partē ſenſu ꝓditā, aut vbi ad notabilē magnitudinē inflāmatio attollit̃, tūc enī pulſatoriū dolorē ſentiūt laborātes, vel nullo exiſtente ſenſibili vaſe in affecto corpore. Sed interrogabis me fortaſſe, quæ ſint ſingulorū inſtrumentorū propria accidētia? Id vero iā antea neq; ſemel dūtaxat explicatū eſt, quod videlicet ꝓpriæ actionis noxa, qualicūq; ſit ſpecie, cuiuſlibet partis ꝓpriū eſt accidēs. Neq; enī aliud eis neceſſario accidēs, neq; etiā noxarū differētię exiſtūt. Nā differētię quidē variāt̃, pro affectus, tum ſpecie, tum magnitudine, Accidē-

Panus.

Inflāmationis accidētia.

tís vero ad víciatam actionē pertinentis, ſiue genus, ſiue ſpecies, aut vtcūq; nomiare volueris, ſemp̄ permanet. Cęterū ſatius fuiſſet Archigenē, qui ōnia, via & ratione ſe explicaturū pfeſſus erat abūdātius hęc perſequi, ſed alia quoq; permulta negligenter admodū tractauit, quorū nō pauca, in plurimis alijs libris cōſcripſimus, queādmodū & poſthac deinceps dicētur. ſed breuiori quidē cōpendio, ea quę exacte alibi fuerūt exarata. Longiori vero diſputatiōe hic tractabūtur ea, quę alibi breuiori ſtillo pcurrimus, ¶ Nūc vero reliquas dolorū differētias, quarū in præſcripto ſermone Archigenes mētionē fecit, pſequamur. Q đ eni peccauerit, dicēs ſtupidos dolores neruis euenire, qđ q; ſtupor non vni⁹ cuiuſpiā partis ſit affectus, ſed cauſę potius, ac diſpoſitiōis rationē habeat, iam antea dictū eſt. Quod vero dolores dure diſtēdentes in ipſis fieri dicit, recte dictū eſt. quāquā melius erat, ſi ſimpliciter dixiſſet, non addendo dure. Nā neruorū dolores, vtrinq; vehemēter diſtendere poſſunt. quia ad vtraq; extrema tendūtur, tū id a quo incipiūt, tū illud in quod finiūtur. Non ſecus q̃ chordę in cithara, quę ſępenumero, vbi nimis intendunt, diſrūpi ſolent. Q uapropter citharíſtę, quū inſtrumēta ſua poſt vſum reponere voluerint, chordas relaxant. Nā plane conſtat eas a cōtrarijs, tum cauſis ᶜtū diſpoſitionibus intendi, ſiue humidus fuerit ambiens aer, vt rigare ipas & implere poſſit, ſiue vehementer aridus. Ab vtraq; enim ambientis aeris tēperatura ad vltimā tēſionē pueniūt. Proīde recte dixit Hippocrates

Neruorū diſtentio.

„ neruorū cōuulſiones & a plenitudine & ab inanitiōe
„ euenire. vtpote p quas nerui imodice ſcilicet tendūt.

Hippocrates.

¶ Sed quod profundos dixit eſſe dolores, id ab acci

Dolor pfūdus.

dentibus, quę plurimis ex neruis eueniunt, ſumptũ eſt. Eteni quũ venę quidem ſemp priores in ſupficie ſint, deinde poſt eas arterię, quibus poſtea nerui ſubdũtur, idcirco laborãtes tenſionẽ in imo ſentiũt, quã quam multę tendines, quæ ob id, quod neruoſa ſunt corpora, a nõnullis plane nerui nominãtur, nõ profũdos, ſed in ſuperficie dolores habent, ſi quando ipas quoqꝫ ſic intendi contigerit. vt ſunt illæ quæ digitos extendũt, ſunt autẽ & quæ ipſas incuruant, in ſupficie quidẽ, ſed nõ ſimiliter vt extendẽtes. ❡Porro Archigenes neruorũ dolores ĩfixos eſſe dicit, quũ huiuſmodi doloris ſpecies, vt antea diximꝰ, ad colon magis pertineat. Atqꝫ accidit etiã auri, cũ quadã pulſatione, atqꝫ dentibus molaribus, quinetiã oculis, ſed ĩfixus dolor neruis minime euenire poteſt, eteni q̃ plurimũ vtroqꝫ extendũtur, & àd ſupnas, & inferiores animãtis partes. ❡Quod vero deiceps ab Archigene dictũ eſt neruos anguſtię plenos habere dolores, inepte quidẽ dictũ eſt. Nam nihil amplius declarat, quã quũ dicit & minime fuſos, re vera eni minime fuſos idem eſt, quod ĩ latitudine porrectos dolores nerui nõ habẽt, ſed magis circũſcriptos, vtpote pueniẽte ipſorũ tenſione, & ad ſupnas, & ad inferiores partes, magis vero ſurſum vſqꝫ ad caput. Ac tũ primũ ipſos vniuerſi corporis, & cõuulſiones, & diſtentiões comitanť, nulla nerui tentione huiuſmodi accidentiũ aliquod ĩducere potente, antea quã caput ipſum attingat. ❡Poſt hæc conſequenter ſcripſit Archigenes de mẽbranis, quod in latitudinẽ perueniãt ipſis dolores, quũ afficiũť, quod quidẽ verũ eſſe fatemur. Quꝺ vero aliquid hęmodię (id eſt dẽtiũ ſtupori) ſimile habeant, falſum eſt. Neqꝫ etiã in totum verũ eſt, quod

Dolor ĩfixus.

Dolor ãguſtiæ plenus

membranarum dolores ſint inęquales, ſiquidem cõ- trarium magis veritati conſonat, quippe ex propria ratione, videntur æquales inducere dolores, eo ꝙ v- niuerſum ipſarũ corpus, ęquale eſt. Nã ꝙ ob cõmu- nicationem cum vicinis, inęqualitatem quandam af- fert, id interdum per accidens euenire ſolet. Quum enim ad affectam ipſarum partem, circũiacentes & ducuntur, & tenduntur, diſſimilem fieri dolorem ne- ceſſe eſt. vbi enim intẽta particula magis ſenſifica eſt, ibi dolore vehementiore cruciãtur. Vbi vero ſenſum habet hebetiorẽ, ibi minus dolẽt. Atq; ex eo quoq; quod vel attingunt, vel non attingũt id quod in par- ticulam ipſam tendit, non ab re dolorum differentia depręhẽditur. Atq; hac ratione nonnulli pleuritico- rum, iugulum dolent, porrecta in hunc locum mem- brana coſtas ſuccingente. Aliquando tamen non ad iugulum, ſed ad pręcordia dolor tranſit, percepto ip- ſius ſenſu in ſepto tranſuerſo, vtpote quod neceſſa- rio mouetur, quum pleuritici reſpirant, idq; omnib⁹ thoracis partibus magis. Quum enim veluti radix doloris in coſta cõſiſtit, tum laborantes, muſculis qui illic ſunt, reſpirare pigritant. quare tũ ſoli ſepto tranſ- uerſo, natura reſpirationis officium cõmittit. quẽad- modum in bene valentibus, qui libera vtuntur reſpi- ratione, contingere ſolet. Igitur quum in partibus quę coſtis ſunt inferiores, oritur inflammatio, ſeptũ tranſuerſum intentum, magis dolet. quum vero in partibus ſupernis, tum iugulum potius dolor infe- ſtat. Nam ſeptum tranſuerſum, quia mouetur, iugu- lum autem quia durum eſt, cauſæ rationem obtinet.

Pleuritici.

¶ Vbi vero ingens in hepate oritur inflammatio, aut vbi ipſum induratum eſt, dolor qui tum iugulum in

Hepatis ĩ- flãmatio.

dextra parte infeſtat, concauę venę magis, quã mem branarum, tentionem ſequitur. Quum autem dixit, hoc modo ſępenumero ſuperficiem quoq; ſeparatim dolere, plane declarat id eſſe, quum membranę affe- ctũ quępiam habent. Vnde Archigenes dixit ipſas, dolores habere hęmodię non diſſimiles. Quia enĩ ſi- mul cum hęmodiæ proprietate, ſtuporis etiam ſen- ſus percipitur, vt ab eadem cauſa, vtroq; affectu de- pendente. Membrana autem quæ in ſuperficie cuti ſubſtrata eſt, ſępenumero ſtupenti dolore afficitur, vtpote que ab externis cauſis, & quidem frigidis, ce- lerius noxam ſubit. Idcirco deceptus Archigenes di ſpoſitionis cõmunitate, cęteras membranas hęmo- diæ ſimile quidpiam habere dixit, ac ſępenumero ſu perficiem quoq;, non ſecundum affectæ particulę eſ ſentiam facto dolore, ſed ob membranarum ipſarũ eſſentiã, quę exanguis eſt, & frigida, quapropter fa- cile a frigidis affectibus infeſtantur. Quia vero affe- ctum ipſum, huiuſmodi dolores comitantur, idcirco ſępenumero dixit fieri huiuſmodi dolores, nõ veluti per affectę particulæ eſſentiam, ſic enim inſeparabi- les eſſent, ſed per accidens ſuperuenientes. Subſtra- ta igitur cuti membrana, quę cum ipã ſimul excoria- tur, dolores facit tenſiuos, & torpidos, mẽbranę vero quę in media ſunt carne, veluti diſperſos dolores ex- citant. ſunt enim plurimę, & inęquabiliter inſitę, atq; eam circundantes. Quũq; aliquando ediuerſo, con- tra naturam, tendi carnem contigerit, huiuſmodi do lores euenire neceſſe eſt. Sane a multis exercitationi- bus, aut tenſiui, aut vlceroſi proueniunt dolores, qui totos muſculos occupare conſueuerunt, inter quorũ partes, carnes quoq; numerantur. Verum de huiuſ-

modi doloribus, ſatis in ſalubribus preceptis iam dictum eſt. ¶ Sed quod membranarum quæ oſſibus adiacent dolores, & profundi ſunt (id eſt in intimo corpore ſenſum excitantes) & oſſium ipſorum, veluti dolentiũ, inducunt imaginẽ, haudquaquã mirandũ eſt. Nam ij a quãplurimis oſtocopi (id eſt oſſiũ labores) nominantur, & magna ex parte ab exercitationibus euenire ſolent. quãuis interdum vel a frigore, vel plenitudine, fieri poſſint. ¶ Inſuper venas dixit, graues, & detrahẽtes, & æquabiliter irruẽtes inferre dolores. Verũ ab initio, vbi hemicranię mentionẽ fecit, venas veluti varices incuruari ait. Ergo in hoc ſolo fortaſſe accipere oportet, ipſum hoc dicere. Atqui ſcire licet propriũ arteriæ venęq; dolorẽ, extenſi ſecundũ longitudinem corporis, veluti chordę cuiuſdam ſpeciẽ referre, nulla vtiq; grauitate ſimul apparente. Aequabiliter autẽ irruere venarũ dolores, admodũ obſcurũ eſt, quippe irruere, ad nihil quod ipſis accidere ſolet, referri poteſt. ¶ Deinde de carnib⁹ dicit, quod & fuſos, & laxiores iducit dolores. Atqui in totũ, null⁹ dolor laxus eſt, niſi eos fortaſſe, qui minus intẽdunt, laxiores vocitet. qm̃ & vaſorũ, & mẽbranarũ dolores, magis intendi videãtur. Id enĩ confitetur, eos non adeo extentos cõſpici, ob hoc ꝙ carnee muſculorũ partes, breuibus lineamẽtis continẽtur. Sed id quod deinceps ſcribit, videri tactum, veluti aſperitatib⁹ quibuſdã plenũ, an ꝓprie ad dolores qui in carnibus cõſiſtũt, ꝑtineat, inquirendũ eſt. Nã qđ interdũ aliquid hmõdi ꝑ ipſarũ dolores eueniat, a veritate haudquaq̃ abhorret. At quia nõ ſemꝑ euenit, ad factam in ipſis diſpoſitionẽ, idq; magna ex parte vnicã quandã, nõ ad ipſarũ eſſentiam, proprie Dolor lax⁹

referendum eſſe videtur. Neq; ſimpliciter intelligendum eſt, eam diſpoſitionem eſſe affectum inflammatorium, ſed qui cum humore fit, exaſperare ſuapte natura potente. ¶ Porro deinceps de muſculis ſcribẽs Archigenes, eos ex carne neruiſq;, mixta idiomata referre dicit, vtpote peculiari ipſorum eſſentia ex his conſiſtente. Addit vero arterias, quoniam in ipſis inueniuntur. Atqui hoc pacto, venas quoq; dicere debuit, atq; membranas. ¶ Vocabulum autem aſtringentes, patrio ſermone de his dicitur, qui quãquam pleni ſunt, a bono tamẽ habitu non aberrant. atq; idcirco de iunioribus dũtaxat dici conſueuit, de ſenibus vero minime, quod non poſſit ipſorũ corpus boni habitus, plenitudinem ſuſcipere. Igitur Archigenes ad aliquã rem, quę non ita facile poſſit inueniri, vocabulum hoc referre videtur, maxime quia cõfundere, & corrumpere ſolet, patriorum nominum ſignificata. Quod ſi aſtringẽtes, de ijs dici intellexeris partibus, quę a plenitudine intenduntur, nõ proprie ad muſculos, ſed communiter ad omnia repleta corpora pertinebit. ¶ Quum vero eos capaci cum ſpacio extendi dixit, puto ipſum hanc, a neruorum plenitudine voluiſſe ſeiungere. ¶ Torpide autem pulſare, haudquaquam fuiſſe recte dictum, iam antea declaratũ eſt, ¶ Reliquorum vero dolorum, vlceroſus, inquit, leuiter acutus eſt. Eſt autem hæc quoq; oratio obſcura, neq; per ſe quicquam docere poteſt, haud aliter quam cæteræ ipſius obſcurę orationes, quas ne enarrare quidem poſſibile eſt, niſi quis rem ipſam per ſe intelligens, eam orationi adaptare conetur. Quum itaq; ſcieueris, tum medicos, tum exercitationis principes, eos dolores vo-

Adſtrigens

Torpide pulſare.

Vlceroſus dolor.

care vlceroſos, per quos inter mouendum, vel tan=gendū, in laborante parte, ſenſus excitatur, qualis in vlceratis partibus percipi ſolet, facile ītelliges per do=lorem leuiter acutū, huiuſmodi quāpiam ſpeciem ſi=gnificari, qualis ab acutę acus punctura, fieri conſue=uit. Ergo cōſtat ipſum, neq; cōtinuū eſſe, neq; ęqua=liter per omnes partes porrectū. Hunc itaq; dulcio=rem eſſe dicit, quū dicere deberet imbecilliorem, aut obtuſiorem, aut non vehementē, aut minus moleſtū, aut id genus aliud quidpiā. Nichil enī quod moleſtū eſt, ꝓprie dulcius appellari poteſt. ¶ Id autem quod dicit, & pruriginē inducere poteſt, inarticulate dictū eſt. quippe haud obſcura eſt inter pruriginis ſenſum, & vlceroſam diſpoſitionē differentia. Verū quia cre=bro pruriginoſa diſpoſitio, vlceroſam antecedit, atq; ſoluta quieſcēteq; vlceroſa, in pruriginoſam tranſmu tatio fieri ſolet, inde eſt quod de ipis cōfuſe, indefini=teq; Archigenes ſcripſit. quēadmodū neq; cauſas ha rū diſpoſitionū exacte tractauit. Verum nos eas in li bris ſalubriū pręceptorū perfecte exarauimus. Igit̃ vlceroſus dolor, non ſolū ad cutē, ſed ad imas quoq; partes, vt oſſa extenditur. Pruriginoſus autem reue=ra ad ſolam ſuperficiem pertinet, nō tamē primario, pro ratione ipſius propria, ſed per accidens. Ipſa enī omnes pelli ſubiacentes partes, ſpiſſitudine ſuperat. Horum ergo dolorū vterq;, proprię diſpoſitionis eſt accidens, fiunt autē ob acres quoſdā humores, atq; tantum ipſi, quantū diſpoſitiones ipſę inter ſeſe dif=ferunt. Sed vt dixi, ſatis de ipſis in libro ſalubriū pręceptorū definitū eſt. ¶ Fodicus vero (inquit) dolor, in profundo eſt. ſed nō recte, nam ad mēbranas, nō ad imas partes ꝓprie pertinet. ¶ Infixus autem (vt

Prurigo.

Fodic9 do=lor.

Infixus do lor.

inquit) quum ſinus acceſſerit. Hic ſermo non ōnino abſurdus eſſe videtur. Quippe ſinus, cōcauitas quædam eſt, quū partiū antea cōiunctarū, altera diſtat ab altera. Quum itaq; fluxione impletur, ita vt adiacentes partes diſtendantur, tum tenſiuū dolorē ſentiunt laborātes, non quidem longo ſpacio porrectū, ſed proprijs limitibus circūſcriptū. At excreto quomodolibet e ſinu humore, protin⁹ dolor cōquieſcit, niſi ambiētia ſinū corpora, adeo diſtendantur, vt inflāmatoria diſpoſitiōe torqueant̄. Hæc ſunt q̄ ꝓprie ad ſinus ꝑtinēt. Quod vero ab Archigene dictū eſt, aliud ab his eſt. verū quid itellexerit, quū ip̄m ſcriberet, haud facile inueniri poteſt. ¶ At quod deinceps ſcriptū eſt, nō minorem habet dubitationē. Nam ſtimulans (inquit) dolor nō in imo ſubſiſtit. Hic enim ſermo, cum eo quem in initio pręmiſit, pugnare videtur, quo in hunc modum ſcripſit. Stimulans autem, partim eorum quæ in loco ſunt, quidpiam affectum eſſe declarat, partim cōtra. Id enim fieri poteſt, & in parte oſſibus maxime vicina, & in cute, atq; omnino in medio, huiuſmodi dolore facto ab humore mordaci, ſenſibilium partium aliqua erodēte. ¶ Deinde quod in fine eiuſdem orationis ſic ſcriptum eſt. Lacerans autem eſt, qui in ſinibus conſiſtit, ſi lacerans quidem idem ſignificat, quod diuellens, falſus eſt ſermo. Nam illi qui in ſinu eſt, id minime contingere ſolet. Quod ſi non hoc, ſed aliud quidpiam dicere voluerit, quomodo id poterit inueniri? Atq; huiuſcemodi ſunt quę in pręſcripto ſermone Archigenes poſteris memoriæ prodidit. ¶ Igitur tranſeamus ad alium, qui et ipſe ex dolorū differētia, affectas partes cognoſcere docet. Eſt ipſius ſeries huiuſmodi. ¶ He

Sinus.

Stimulans dolor.

Lacerans dolor.

Archigenes.

" patis vero dolor holcimos (id eſt tractorius) & inhę | Holcimos
" rens, & torpidus eſt, atq; atrocius moleſtās. ¶Sple-
" nis autem acutus non eſt, ſed et grauitatem ſimul, &
" extenſionē habet. atq; ſimilis videtur ei, qui ad eliſio-
" nem quidē, atq; expreſſionem, ſed extrinſecus incū-
" bentem, renititur. ¶Renes & auſteros dolores in- | Auſterus dolor.
" ducunt, & cum permanente aſtrictione pungentes.
" ¶Veſica vehementer ſtringentibus vtitur dolori- | Stringens dolor.
" bus atq; tenſionibus punctorijs. ¶Vterus autem a- | Vteri dolores.
" cutis, turgidis, diſtendentibus, torminatim inciden-
" tibus. quippe qui huiuſmodi mixtione, dolere natus
" eſt. quāobrem idiomatis quoq; ambiguitatem indu-
" cit. ¶In hoc ſermone, iterum Archigenes protinus ab initio, hepatis dolorem holcimon (id eſt tractorium) eſſe dicit. Verum hoc vocabulum, holcimos, apud græcos in vſu non eſt, proinde quid ſignificet haud facile inuenire eſt. Nam vocabulorum ſignificationes, ex longo vſu deprȩhenduntur. Atqui video eos, qui illo vtuntur, viſcidum per ipſum velle ſignificare, quale viſcum eſſe videtur, vt cuius vna parte tracta, poteſt per ipſam reliqua illi continua ſimul attrahi. Sic paſta quoq; ex frumento, holcima dicitur, maxime ſi accuratiſſime ſubacta fuerit, ſed ex ordeis, aut milio paſta, holcima non dicetur. Atqui ſub hac ſignificatione, hepatis dolor haudquaquam holcimos euadet. proinde aliam ſignificationem quȩrere oportet. Itaq; vnus ex his qui Archigenis ſectam reliquis prȩponere conantur, holcimon hepatis dolorem dici aſſerit, quum hepar, vel induratum, vel inflammatum, detrahere iugulum videtur. Alius quum diuturno morbo laborat. Alius quum mediocri dolore afficitur, Sunt qui tardum

Holcimos. (margin, beside "um) eſſe dicit")

ipſum ſignificare velint, vtpote qui acuto aduerſetur. Alij vrgentē. Alij vehementē. Ergo nulla inuenitur requies, quū modo acutū, modo eius cōtrariū, vt tardum, holcimon dici autumāt. Nōnulli eū dolorē, holcimon vocāt, qui grauitatis ſpeciē refert. Nam grauidolorē vocari ex cōſuetudine dicūt, tractū qui a grauitate fit. Multa inſup alia varie explicāt, admirandi illi quidē enarratores, ſed quę intelligātur a nemine. Cōſtat igitur hoc vocabulū holcimos, quod in ꝓpoſitæ orationis initio inuenit̄, nihil nos poſſe docere.

Dolor ïhęrens.

¶ At vero deinceps cōſyderemus, quid vtiq; ſit dolor inhęrēs. Nā hunc quoq; hepatis propriū eſſe dixit. Mihi quidē facile perſuaſum eſt, turgido dolori, inhęrentē per cōtrarietatē opponi, ipſum dicere voluiſſe Quid enī aliud cōijcere quis poſſet? Etenī hepatis dolor, ſi quiſpiā alius, vicina corpora ad conſenſū inducit. Nam & ad iugulū vſq; porrigitur, & ſpirandi difficultatē creberrime affert. atq; interdum tuſſim quoq;, ac dyſenteriā, neq; raro nothas coſtas infeſtat. Igitur quonā pacto vere dicetur eodē ī loco permanere. At fortaſſe ſatius fuerit putare, quod inhęrētem dolorē dixerit, veluti infixū. Atqui hepatis dolor, vt nuper oſtendimus, haudquaq̄ huiuſmodi eſt.

Hepatis dolor.

Torpidus dolor.

¶ Similiter antea iam declaratū eſt, ne torpidū quidem dolorem, particulę cuiuſquā propriū eſſe. Nam ad diſpoſitionem potius referendus eſt, hic tamē nō in iecinore, ſed in neruoſis potius corporibus inuenitur. ¶ Porro atrociter moleſtans, cum torpido pugnat, vtpote qui violentus eſt, atq; continuus. Sed nec huiuſmodi quidem hepatis dolor eſt, ſed potius grauis. At ne grauis quidem, exacte proprius hepati eſt, ſed ſpleni quoq;, ac renib⁹ inflāmatis cōmunis.

Dolor atrox.

Dolor grauis.

Equidem nõ ſatis mirari poſſum, quo pacto Archigenes ad lienem duntaxat, hanc doloris ſpeciẽ referre tentauerit. Nam vel Hippocratem audire debuit dicentem, Et in renem dolor grauis. Verũ hoc peccatũ exiguũ forte cenſebitur. At longe maximum eſt illud, quod cõmittere ſolet, nomina ſcribens cęteris ſẽſibus peculiaria, quemadmodũ nũc de renibus quidem, auſteros ſcribit dolores, de veſica vero, aſtringẽtes. Hæc enim ſaporum ſunt nomina, per linguę inſtrumentum, atq; per ſenſum guſtificũ. Igitur quã rem declarẽt, generatim quidẽ diſcernuntur per hoc vocabulũ ſtringens, ſed magis particulatim per auſterum, & acerbũ. quippe ambo aſtringunt, ſed magis acerbum, qualis eſt omphacia vocata galla. Porro auſtera ſunt multa, vt mali punici genera, atq; cottonea mala, ac reliqua perplura menſis apta. Sane acerba, haudquaq̃ ſunt iucunda, nõ ſolum ea q̃ medicamẽtorũ ſpeciem referũt, veluti hypocyſtis, et balauſtium, & galla, & rhus, ſed etiã illa quæ quũ ſint huiuſmodi, recipiuntur tamen ĩ cibos. Quapropter non excogitari quidẽ poteſt, quid vel auſterũ, vel acerbum dolorẽ dicere voluerit Archigenes, non magis q̃ aut ceruleũ, aut rubrum aut fuſcũ, aut aliũ aliquem, a coloribus nominatum. ¶ Nũc autem quid dixerit doctor quidam ex Archigenis familia, tẽpus eſt conſyderare. Nam dolorũ proprietates Archigenem arrogantia motum interpretari voluiſſe cenſet. at qa reuera ineffabiles ſunt, eũ in huiuſmodi nomina abſurda incidiſſe, nõ intelligens vnamquãq; qualitatum, ſiue guſtabilẽ, ſiue tangibilem, effari poſſe. Vbi vero multę qualitates circa vnam eſſentiam apparent, ibi & proprietatem fieri contingit, idq; maxi

Hippocrates.

Sapor auſterus.
Sapor aſtringens.

Auſterum.
Acerbum.

me in guſtu videre eſt, ſi aliquando & amaritudinē, & dulcorem, & auſteritatem, & acrimoniam, in vna eſſentia apparere contigerit. Sic enī in guſtu proprietas quędam oritur, ineffabilis illa quidē, ſi vnico nomine ipſā explicare tentaueris, ſed quæ dici tamē poteſt, ſi per ſingulas qualitates diſcurras, eo addito, ꝙ & magis & minus declarare, haudquaq̃ impoſſibile eſt. Ita & herbas vniuerſas, & reliquam quoq; materiam, enarrauerunt medicorum non pauci, ſingulas qualitates, quæ enunciatis rebus inſunt, explicantes.

Archigenes. Ergo Archigenes ſi vniuerſam eſſentię proprietatē, vnico nomine compræhendere voluerit, indoct⁹ omnino iudicandus fuiſſet, id qđ de Archigene nequaquā ſentiendū eſt. Si autē ſimplices qualitates, ipſę q̃dem ineffabiles nō ſunt, earū vero quantitas, exacta quidē menſura, ineffabilis eſt. quāq̃ ſub latitudine q̃dam explicari poteſt. Igitur longiori ſermone vti nō oportet, quum ſpecies ipſa plane ſermonē declaret, illa videlicet ſpecies qua vti debet is, qui quālibet rerum ſenſibiliū interpretari aggreditur. quippe omnium tangibilium qualitatum, propria habemus nomina, haud ſecus q̃ guſtabiliū, viſibiliū, & audibilium. Atq; omnibus ijs patrio more vti debemus, & neq; ſtringentem, neq; auſterum nominare dolorē, vtpote quę ſaporū propriæ appellatiōes ſunt. Plurimi enī medici Archigene antiquiores, quum dolorum differentias conſcriberent, haudquaq̃ auſi ſunt a conſuetudine in nominum vſu recedere, quæ & ab ipſis laborantibus audire licet, qui perinde ſe dolere interdū aiunt, quaſi acu pungantur, ac rurſus perīde, ac ſi terebro perforentur. Quin etiā videri ſibi aiunt contundi ſeſe, & diuelli, & tēdi, & retrahi, & detrahi, et gra-

uitatis cuiuſdam ſenſum percipere, qua interdum ſubiectę partes ſuſpendi videntur, interdum vero circundantibus incumbere. Igitur vt huiuſmodi nomina omnia facile intelliguntur, ita aſtringentes, & acerbi, & auſteri dolores, intelligi haudquaq̃ poſſunt, ac præterea ab vſu omnino aberrant. Hęc itelligere debuit Archigenes, quum docere nos vellet, quomodo loci affecti poſſint cognoſci. Nam omnis qui de doloribus habetur ſermo, vanus, nugarumq; plenus eſſe cenſetur, niſi ex his, quę laborantes ipſi dicũt, eos cognouerimus. Ergo ſi ab ipſis, quomodo dolent, diſcere oportet, nunquã vero dicãt, acerbum, aut auſterum, aut atrocem, aut holcimon dolorem, rurſus inutilis erit huiuſmodi doctrina. Præterea hui9 ſermonis locus ille, quo dicunt Archigenem interpretari velle, dolorum proprietates, ad doctrinam, tum impoſſibilis, tum iutilis eſſe plane videtur. Primum eni non omnis ipſorum proprietas enunciari poteſt, qđ licet fieri poſſet, impoſſibile tamẽ omnino eſſet, vt ad doctrinã quippiã cõferret, vtpote quã ij dũtaxat q̃ ſenſibiliter ipſã ꝑcipiũt, noſcere poſſũt. quippe q̃ nobis non affectis, incognitus eſt, niſi fortaſſe Archigenes, omnes ſui corporis partes habuerit affectas, qđ licet conceſſerimus, fieri tamen non poteſt, vt credamus, vnum hominem, omnes ſingularum partiũ affectus, fuiſſe expertum. ſubijciatur tamẽ (ſi volueris) hoc quoq;, q̃q̃ impoſſibile eſt. Nam vteri ſaltem affectus nunq̃ ſcilicet percepit Archigenes, nihilominus ipſorum proprietates conſcripſit, quæ a ſolis mulieribus expertis, dinoſcuntur. Itaq; admirationem (ita dij me ament) ſæpenumero michi induxit, ex qua tandem ratiocinatione, tam abſurdam hanc

doctrinam collegerit. Quam & ſi veram contendis, nihil tamen ex ea vtilitatis prouenire fateri cogeris, nullo infirmo ſuos affectus per Archigenica nomina interpretante. Nam quod nonnulli laborantium faſtidire ſtomachum aiunt, id nobis, eo q̄ aliquando ita fuimus affecti, plane notum eſt. ſicut etiã mœſtitia torqueri, quippe quoſdã ſic fuiſſe affectos ſatis conſtat. An vero auſtero dolore, ab Archigene dicto, quiſpiam fuerit affectus, intelligi non poteſt, vtpote nemine ſciente, cuinã rei, nomen hoc adaptauerit. Nam punctoriũ, et diſtẽdentẽ, atq; eos qui conformiter nominantur, atq; iis multo magis vehementẽ, & fortẽ, & violentũ, & continuũ, & intermittentem, nemo eſt qui non nouerit. vtpote qui per nomina a conſuetudine non abhorrentia, enarrãtur, & quos quotidie euenire videm⁹. At auſterum, et aſtringentem, & atrocẽ, & holcimon, vt nemo ꝓfert, ita ſi quis fortaſſe proferat, nemo intelliget. ❡ Cæterum oportet, & affectum eſſe cõmunem, & appellationem ipſum declarantem, ab auditorũ conſuetudine non aberrare, veluti quum ſtomachũ ſtringi dicimus, id quod nemo nõ dicere ſolet. quippe tali ſæpenumero ſenſu afficimur, qualem extrinſecus on⁹ aliquod incũbens, inducere poteſt. idq; in nõnullis oris ventriculi diſpoſitionibus, quod per abuſionẽ nõ ſolum populares, ſed medici quoq; ſtomachon appellant. ❡ Quinetiam inter vehementer reſpirãdũ, nõnunq̃ grauitatẽ in dextra præcordiorũ parte ſetim⁹, id ſi citra febrim eueniat, aut obſtructione aut dura diſpoſitione hepar laborare coniiciendum eſt. Veluti ſi inflãmatione infeſtatur, febrim comitari neceſſe eſt. ❡ Itaq; omnia huiuſmodi & dici poſſunt, & ma-

Os ventriculi. Stomach⁹

Hepatis obſtructio. Scirrus hepatis.

niſeſta ſunt omnibus medicis Archigenę prioribus, atq; ſine abſurdis illis nominibus doceri poſſunt. Archigenis vero doctrina hoc habet exacte proprium, vt non nouarum rerũ, ſed nominũ rem nullam declarantium, inuẽtioni ſtudeat. Nam librum de pulſibus, huiuſmodi nominibus impleuit. q̃uis ille, vt ĩ cõmentarijs de pulſibus oſtendimus, haudquaq̃ abrogatis indigeat nominibus.

¶ De via & ratione, qua ſimul & ſedes affecta, & ipſius diſpoſitio poſſit cognoſci. Cap. III.

EQuidem voluiſſem Archigenem, tantorum medicorum ſucceſſorem, addere aliquid, quo clarior euaſiſſet doctrina; non demere tantum, vt ne nos quidẽ, qui in artis operibus iam ſenuimus, dicta ipſius intelligere nequeamus. Igitur quod ab illo omiſſum eſt, id perficere aggrediamur. docebimus enim imprimis viam & rationem vniuerſalem, cuius adminiculo, & ipſe affectos locos inuenire, & cęteris viam oſtendere poſſis. ¶ Igitur vt in priore libro dictũ iam eſt, via & ratio huiuſmodi eſt. Inprimis quærere oportet ſingulorũ locorum propria ſigna, vt quomodocunq; afficiantur, aut p̃ ſingulos affectus alterentur, inuenire poſſis. Deinde vtrũ ſingulorum affectuũ propria ſint ſigna, an circa quãlibet partem varientur. Itaq; oportet & loci, & affect⁹ non immemores, deinceps ſigna perſtringere. ¶ Veluti ſi ita acciderit, vt pulmo inflãmatione laboret, tãta inducetur ſpirandi difficultas, tantaq; anguſtia, vt ſuffocari laborantes videantur, atq; ob id exurgere conentur. quem affectum orthopnœam nominant. Quinetiam calidam ſentiunt reſpirationẽ, idq; ma-

Perſpneumoniæ notæ.

Orthopnœa.

xime ſi eryſipelatis particeps fuerit inflãmatio. quocirca vbi plurimũ efflant, iuuari videntur, ac multum aerem frigidũ attrahere cõcupiſcũt, atq; inter tuſſiẽdũ, ſputũ expuunt, idq; modo hoc, modo illo colore infectũ, vt interdũ rubrũ, interdũ flauũ, aut rufũ, ac ſpumoſum quoq;, & nigrũ, & liuidũ appareat. Inſuper grauitatis cuiuſdã thoraci incũbentis ſenſũ, ſępenumero percipiunt, ac dolorẽ ex imo ad ipſum peruenire, & ad pectus & ad ſpinam. Pręterea acuta eſt ipſis febris. Pulſũ vero habent, qualẽ in libro de pulſibus diximus. ¶ Sic vbi mẽbrana coſtas ſuccingẽs inflãmata eſt, acuta febris infeſtat, accedẽte pulſus ea quã in cõmentarijs de pulſibus diximus proprietate. eſt autem dolor punctorius, ſpiritus difficulter trahitur, ac magna ex parte ſputũ colore infectũ apparet, haud ſecus q̃ in peripneumonia. Igitur vtroſq; affectus ſpirandi difficultas neceſſario comitatur, eo ꝙ affecta particula ſpiritus ſit inſtrumentum. oritur autem febris, & propter affectũ ipſũ, & propter poſitũ. Nam & pulmo, & ſuccingẽs coſtas membrana, prope cor conſtituunť. Inflãmatio vero calidus affectus eſt, ſic etiã tuſſis ipſis vt ſpiritalib⁹ cõuenit. Sed ꝙ aliquid expuiť, id ab effectu ipſo procedit. Quippe iã oſtendimus, oẽm inflãmationẽ, ex affluente fieri ſanguine. quapropter ſi bilioſus fuerit ſanguis, flauum, aut pallidum erit ſputum. Si pituitoſus, & ſpumans, et candidũ. Si melancholicus, aut nigrum, aut liuidum. Si nichil horum ſanguinem infecerit, rubrũ. Quietiã in laterali morbo ſępenũero magis bilioſũ, ĩ peripneumonia vero magis pituitoſũ, ſequi cõſueuit. Sed de hoc ſatis iã declaratũ eſt. Qꝫ aũt iflãmatarũ partiũ excremẽta, ꝑ aſperã arteriã referũť, ei⁹ rei

Lateralis morbi notę

Sputi qualitas.

Aſpera arteria.

cauſa, tum ad poſitum, tum ad formationē referenda eſt. quippe quæ per ſolam hanc viam effluere poſſūt. At vero ventriculus duos habet meatus, vnum per quem natantes in ipſo humores euomuntur, alterū per quē humores ad inferiora delabūtur. Verum id quod in eo viciosum inuenitur, ſupernatat magis, ac vomitione reijci conſueuit. Reliqua per inteſtina deijciuntur. Veluti renum, veſicæq; excremēta, meiēdo excernuntur. Cerebri vero redūdantia, per nares p̄ci pue, nonnunq̄ vero per palatum, & aures vacuatur.

¶ Igitur ſedes affectæ dinoſcūtur, & ab accidētib⁹, & ab actione lęſa, & excrementorū qualitate, & a tu moribus præter naturā, & doloribus, & a coloris vicio quod ſequitur, vel in vniuerſo corpore, vel in vna quapiā parte, vel duabus, idq; maxime in oculis, & lingua, quibus addere potes, ſi vis, eā quoq; affectionē, quæ proprie per conſenſū afficere dicit̄, veluti i pri ori libro iā diximus. Affectorū locorū generales notę.

¶ At nūc tēp⁹ eſſe videt̄, vt amicos, quorū petitioni obtēperās, hos cōmentarios ſcri bere aggreſſus ſū, ad exercitationē inducā. fit autem exercitatio oīs, quū particularia ſub eandem viā et rationē ducuntur. Huiuſmodi autem doctrinæ ſpecie, vt perſæpe oſtēdimus, nō aliud inuenitur vtili⁹. quippe viæ, & rationes, vbi ſolæ ſine multifaria ſecūdum ipſas exercitatione cognoſcuntur, haudquaq̄ poſſunt perfectos efficere diſcipulos. Ergo quū iā antea viā & rationē dixerimus, ad exercitationis modū accedamus. Exercitatio circa ſigna

Imprimis quidē itueri oportet, nū actio aliqua ſit læſa. quippe cū ipſa propriū actionis inſtrumētū affici neceſſe eſt. deinde vbi actionem læſam eſſe perſpexeris, ad modum læſionis accedendo, conſydera ad quam affectionem proprie pertineat. Poſtea af- Actio læſa.

fectam particulam nota, nū tumore quopiā, aut dolore infeſtetur, & quidē accurate cuiuſlibet horū ſpeciē inueſtigando. ſic enim non ſolum tumorū, verum etiā dolorum quoq;, varios modos addiſces. Aſpice ſubinde affectę partis excrementa, per quē meatū va cuentur. ac vide, nū aliquid eſſentię ab affecta parte ſecernatur. Poſtremo vtrum oīno īcocta ſint ipſi9 excrementa, an mediocriter cocta. Ac deinde quid ad vniuerſi corporis, & quid ad quarūdā partium fruitionē, ipſa conferat, quarum hę quidē per ſuas actiones, aliæ vero per colorem, & figuram ipſa fruuntur.

Morbus lateralis.

Eſto enim vt quiſpiam inter reſpirandum in nótharū coſtarum loco doleat, non protinus hunc eſſe pleuriticū ſuſpicari debes, ſed in primis quidē, an tuſſiendo aliquid expuat, intueri. id enī ſi coloratū, vt dictū eſt, videris, tū ipſū pleuriticū eſſe dices. Qđ ſi tuſſiēdo nihil ōnino expuat, fieri poteſt, vt nihilominus pleuritic9 ſit ille quidē, ſed inflāmationē habeat, & īcoctā & ſolidam, adeo vt nihil ab ea foras eijci poſſit.

Hepatis īflammatio

Ac fieri quoq; poteſt, vt ob hepatis inflāmationem, dolor in iā dicta ſede excitetur, intentis videlicet iternis vinculis, quibus nonnullorum iecur coſtis alligatur, atq; ſic dolor ad ſuccingentem coſtas mēbranam perueniat. Verū nequaq̄ ſimilis eſt pulſus, ī hepatis, & mēbranæ coſtas ſuccingentis inflammatiōe. ac ne alui quidē ſedimenta ſimilia ſunt. q̄q̄ non in qualibet iecinoris inflāmatione eadē ſunt, ſed in his affectib9 qui proprie iecorarij nominantur. Igitur vbi nihil excernitur, a quo indiciū aliquod ſumi poſſit, ſati9 fuerit præcordiorū dextram partem tangere. qđ ſi null9 apparet tumor, ne ſic quidē deſiſtere oportet, quippe fieri poteſt, vt ī ſola ſima hepatis parte, ſit īflamma-

tio,ſimiliter etiam in gibbis partibus,vbi nõ oẽs,ſed hæ duntaxat ĩtumeſcũt,q̃ a nothis coſtis conteguntᷓ. Itaq; laborãtẽ,vt vehemẽter reſpiret,monere oportet,deinde ĩterrogare,nũ grauitatẽ ſentiat, aut ſuſpẽſã a ſuperiorib⁹,aut ĩcũbentẽ vicinis. Accidit aũt aliquãdo,vt in his,haud ſec⁹ q̃ in hepate, oriatᷓ tumor ꝑter naturã,cui⁹ occaſiõe ſeptũ trãſuerſũ oppreſſũ, reſpirationẽ efficit difficiliorẽ.atq; qui ita laborãt,ab exigua tuſſi irritantᷓ. Ergo in hmõi diſpõnibus, ſolidũ firmũq; diſcernẽdi indiciũ per oẽ tẽpus morbi, a pulſu ſumendũ eſt. deinde tractu tẽporis, reliqua quoq; accidentia,cõſyderãda ſunt.Nã & linguæ, & vniuerſi corporis color alteratur, vbi hepar viciatum eſt.Sicut rurſus thorace affecto,tuſſis icreſcit,atq; eo tẽpore oĩno apparent,ea q̃ tuſſiendo expuuntur.Igitur queẽadmodũ fieri non poteſt, vt illęſis ſpirãdi ,tũ partibus, tum inſtrumentis, difficilis fiat reſpiratio. accidit autẽ interdũ, nullo exiſtente in ipſis proprio morbo,ſed trãſuerſo ſepto,aut detracto,aut oppreſſo,vt homo difficulter ſpiret.Ita etiã vſu venire ſolet in ea ſede,q̃ principẽ in ſe aię facultatẽ cõtinet.Nã cũ & ſciẽtia,& opinio,atq; cogitatio oĩs,in ipſa cõſiſtat, ſi harũ aliqua lędi videatur,protinus ipſã quoq; affectu q̃piã laborare arbitramur. Vbi neq; ĩ pleuritide, neq; peripneumonia, ſi delirauerit qſq̃, vel a coſta, vel a pulmõe, accidẽs hoc ꝓuenire diceret. Quippe vniuerſi eã partẽ,in qua priceps aię vis reſidet,cõſentire putant, ac nititᷓ quiſq; vt modũ conſenſus ſectæ ſuę conformẽ oſtendat.Verũ in alijs affectibus, non conſentire,ſed priogenio ipſã affectu laborare aiũt, veluti in lethargo,& phrenitide. At vero vndiq; affici,vbi ꝓpriatum ipſius actionũ aliqua lęditur. Pro-

Inflãmatio partiũ cõtinentiũ hepar.

Priceps aię facultas.

Actio propria.

prias actiones dico, q̃ a nulla alia parte, vt inſtrumento fiũt. Nã reuera & videre illã, & audire haudquaq̃ negandũ eſt, ſed videre oculis, & audire auribus. Atqui vt cogitet, & reminiſcatur, & exiſtimet, & eligat, neq; oculis, neq; lingua, neq; alia quapia parte vtit̃. Q; ſi hęc animę pars, ita eſſet in continente ipſam corpore, vt nos in domo aliqua, imprimis fortaſſe, nullam ei noxam afferri putaremus a loco. quoniam vero ipſam lædi videmus, quomodo lædatur, eſſet inueſtigãdũ. Si vero veluti forma quædã corporis eſt, ab ipſo inſeparabilis, eã lędi non inficiabimur, ob ſuſcipientis ipſã corporis alterationem. At quia de hac re inter philoſophos ingens pugna eſt, alijs eã veluti in domicilio cõtineri dicentibus, alijs vero ipſã corporis formã eſſe putantibus, idcirco quomodo lædatur, inuentu perdifficile eſt. Q đ vero lædatur, ab experientia diſcere licet. Etenim vbi fracto capitis oſſi,

Caluariæ fractura.

terebra adacta eſt, ſi quis vehementius cõprimat, ꝓtinus ſenſum omnem amittit laborans. Q uinetiam ſi inflãmatio quędã oriatur, nã & hãc interdũ euenire videm⁹, mentẽ itaq; lædi minime negãdũ eſt. Prętera nonnulli per vehemẽtem capitis vſtionẽ, delirauerunt. atq; per fortes ictus, capiti adactos, ſæpenumero ſtupidũ ſoporẽ ſequi videre eſt. multi quoq; affectus in capite cõſiſtẽtes, mentẽ haud obſcure viciãt, adeo vt etiam populares, quum aut delirare aliquẽ, aut mentem quomodolibet affici conſpiciunt, capiti remedia adhibenda eſſe cenſent. Verum enimuero qđ principium ſenſus & motionis ab impetu prodeuntis, ſedem i cerebro habeat, & qđ hoc a mẽbranis (Græci meninges vocãt) contegatur, id in alijs commẽtarijs, quã veriſſimũ eſſe, declaratũ eſt. Nũc vero

Capitis vſtio.

quomodo diſtinguantur affectus primitiui ab his q̃ per conſenſũ eueniunt, conſyderandũ eſt. Nã hmõi ſpeculatio proprie ad hoc noſtrũ inſtitutũ ptinere videt̃, & quidẽ non ſine manifeſta vtilitate. quippe qđ ad curãdi rationẽ pertinet, primũ oĩm ſcire oportet, cui nã parti remedia ſint adaptãda. Nã per ſolũ conſenſũ læſo cerebro, ſi ea pars q̃ primitiuo affectu laborat, fuerit curata, prius q̃ cerebro ppria aliqua eueniat diſpõ, nullũ in ipſo reliquit̃ accidẽs. Qꝫ ſi ex cõſenſu, permanẽs aliqua fiat in ipſo diſpoſitio, tũ non ſolum parti quæ primitiuo affectu laborat, ſed capiti quoqꝫ remedia adhibere oportet. Quapropter exacte definire, vtrũ cerebrũ, an membranæ ipſi⁹ primitiue afficiantur, haud magnã vtilitatẽ afferre poteſt, In vtraqꝫ enĩ diſpoſitiõe, capiti ſuccurrit̃. Igitur huic rei nõ ita vehemẽs ſtudiũ adhibere, ſed morbi poti⁹ eſſentiã, qualis ſit ĩuenire, quippe hũidũ exiccare, aridũ humectare, frigidũ calfacere, calidũ refrigerare, oportet. Ac ſi copulatus fuerit affectus, per cõtrariã copulã ipſũ curare, vt calidũ & ſiccũ, humectare, & refrigerare, humidũ frigidũqꝫ, exiccare & calfacere, atqꝫ in reliquis duabus copulis, ac in cæteris morbis oĩbus, eadẽ ratiõe ſimiliter facere conuenit. At vniuſcuiuſqꝫ ſpeciẽ, ĩ libro de morborũ differẽtijs perſecuti ſumus. Quũ itaqꝫ & cerebri, & mẽbranaꝝ ei⁹, ijdẽ morbi ſimili curatione indigeant, logica magis, q̃ ad curationẽ vtilis eſſe videtur queſtio, in vtrolibet illorũ contineatur princeps aĩæ facultas. Verũ an ĩ corde ſit ea facultas, longe diuerſa, atqꝫ oĩno differẽs eſt q̃ſtio. Eſto eñi vt a flaua bile ĩ corde & accumulata, & putredine affecta, phrenitis ſit excitata. nõne delirare videbitur is, qui caput oxyrhodino (id eſt oleo

Affect⁹ primitiuus.
Affectus p conſenſum

roſaceo cũ aceto) perfũdere iuſſerit? Nã ſi hoc præſidio phrenitidis cauſa ſanari poſſit, nõ capiti, ſed thoraci, ipſũ adhibere poterat. Neq; tamẽ vniuerſo thoraci, ſed illi dũtaxat parti, ĩ qua cor cõtinet̃. Hactenꝰ hæc explicaſſe ſufficiat, hoc addito, ꝙ nõ affectũ locũ, verũ etiã cauſã ipſã, noxã inferentẽ, conſyderare oportet. vt exempli gratia, delirium eſt accidens eius actionis quæ a loco mẽtis cõpote prodit. ſimiliter ſopor ſtupidus, ſed a contrarijs cauſis oriuntur. Quippe & vigiliam & delirium, cauſa poteſtate calida efficit. At quotquot ſõnolẽti & ſoporoſi ſunt affectꝰ, omnes a frigida cauſa proueniũt. Id qđ primũ ex medicamentorũ natura, plane diſcere licet. Quippe frigida ſtuporẽ ſoporemq;, calida vero vigilias, & varias motiões inducit. Sed q̃d opus eſt fortia medicamẽta enumerare, cũ quotidie videamus & lactucas, et potabiliũ, calidarũq; aquarũ balneas, et vinũ modice dilutũ, ſõnũ ĩducere? reliquorũ medicamẽtorũ exẽplo, q̃ & humectare & refrigerare poſſũt. Quæ vero ijs cõtraria ſũt, vigilias excitãt. Itaq; tenuis ratio victus, & vinũ meracius, vigilias inducũt. idq; multomagis, cũ vinũ meracũ, aut ſuapte natura fuerit calidũ, aut valde antiquũ, veluti apud noſtrates Pergami olĩ acciſſe, mẽoriæ ꝓditũ eſt. Neq; abſurda videt̃ hiſtoriæ ipſiꝰ narratio. Grãmaticꝰ q̃dã, ſingulis diebꝰ balneũ petẽs, vnũ ex pueris ſecum ducebat, altero domi relicto, qui rem familiarem ſeruaret, atq; ea quæ ad victũ eſſent neceſſaria, prępararet. Puer itaq; domum cuſtodiens, quum vehemẽti ſiti cruciaretur, nec eſſet ei aquæ copia, vinum ãtiquũ liberaliter potauit, atq; ex reliquo tempore vigil omnino permanſit. Poſtea correptus febre, vna cũ vigilijs oborto delirio perijt.

Delirium. Paraphroſine. Sopor ſtupidus.

Hiſtoria de vino.

¶Cæterum animantia quæ frigidiori ſunt natura, per hyemem ob frigoris vim, perinde acſi mortua eſſent, latitare ſolent. Atq; tũ viperas quoq; videres, ſi manibus tractentur, deferanturq;, haudquaq̃ mordere. Nam per æſtatem, tum hoc animal, tũ ſerpẽtes reliqui omnes, maxime ſub caniculę feruore, quum vehementer æſtuãt, furorẽ p̃ ſe ferre videntur, adeo vt ne exiguo quidẽ momẽto quieſcere poſſint. Quod intelligens Nicander, ſic de Cenchride cecinit. — Animalia latentia. Viperę. Cenchris.

Non temere offendas calcando Cenchridis artus.
Dum rabioſa furit. — Nicander.

Verum de ijs alibi pleniorem inuenies & enarrationẽ & demonſtrationem. Siquidẽ calida cauſa motũ excitat, atq; idcirco vigilias affert, frigus autemocioſum, & ad motiones pigrũ reddit animal, ob idq; ſõnum, ſoporemq; iducit. Igitur qui hæc intelligit, quũ per ardentiũ febriũ vigorẽ, hominem viderit & vigilare, & delirare, deinde inclinante iam febre, & dormire, & recte ſapere, in capite nullam propriam eſſe diſpoſitionẽ, ſed a febris abundanti calore, delirium fieri exiſtimabit. Sic etiã i peripneumonia, & laterali morbo, quũ ad vigorem febris peruenerit, deliriũ ſequi ſolet, nullo exiſtente in capite proprio affectu. Quippe tum affectus proprius eſſe putandus eſt, cũ permanere in parte quapiam conſpicitur. Vnde ſi in laterali morbo, permanens eueniat delirium, caput proprium habere morbum perpende, ita vt quãuis lateris morbus quieſcat, poſſit tamen capitis morb9 permanere. Sæpenumero enim vidimus panum ob vlcus aliquod abortum, vlcere curato, deinde diutius infeſtare. Ergo quum pars aliqua ſimul cum alia ſic afficitur, vt irritata quidẽ vna, altera vehementius — Vigiliæ. Delirium. Proprius affectus. Panus.

Affectꝰ per conſenſum

moleſtetur, remiſſa vero irritatione quieſcat, eam per conſenſum affici putandum eſt. Hæc enim vna coniectura cõmunis eſt. Sed de cerebro, vt dictum eſt, ꝓprium ſumitur indicium, ſi non aſſidue deliriũ ꝑmaneat, ſed auctam febrim ſequatur. Atq; eadem ratione fieri ſolet, vt quum febrium acceſſiones irruere ĩcipiunt, ſopore, laborantes grauẽtur, quod hoc tẽpore cerebrũ vehemẽter fit refrigeratum. quippe quod alioqui paratiſſimũ eſt, vt noxam huiuſmodi ſubeat, quum intemperaturã habeat frigidã, non vero tantam, vt hæc ſola prædictorum accidentium poſſit eſſe cauſa, ſed quum acceſſio ab initio proceſſerit, frigus adeo increſcit, vt ſoporem queat inducere. Id vero, vt dixi, fieri conſueuit, vel ab intemperatura frigida, vel a pituita in cerebro exuperante.

Sopor ĩ febrium acceſſionibus

¶ Galeni de affectorũ locorum dinotione liber. III.

¶ Q̃ actionum noxæ, ipſarũ actionũ inſtrumẽta affecta eſſe declarant, aut primitiue aut ꝑ accidens. Cap. I.

DE affectis locis, ſic enim vocant corporis partes, pauci admodum medici ſcribere aggreſſi ſunt, ac multo plura q̃ attigerint, omiſerunt. ¶ Itaq; cęteris ſilentio prætęritis, vnius Archigenis haud idigni qui oĩbus præferretur, meminimus. diximꝰ enim eum ſermonem, quo aſſerit actiones quaſdam lędi, illeſa ea corporis particula, q̃ ipſis deputata eſt, diſcuſſiõe egere. Quã q̃ defendi poteſt, ſi videlicet pars per alterius conſenſum lęſa, nondum inſiſtentẽ habeat diſpoſitionẽ, ſed veluti vmbra quędã, vt ipſe dicebat, inſit hęc ei affectio. Nã ſi ad ignẽ quis propius acceſſerit, vt fere cõ=

Archigenes.

buri videatur,citra tamen vſtionem,dolebit quidem vehementer,ſed calfacta parte nihil adhuc patiente. Sic etiam vbi ambiens aer vehementer frigidus, aut aqua frigida,aut nix infeſtat, grauis admodũ dolor excitatur. Atqui ablata re quę nocuit,protinus conquieſcit affectio. Quãobrem ſatiꝰ fuerit, vt dicamꝰ, nomine id ipſum indicante, affici quodammodo eã partem,quæ alteri cõſentit. Neq; enĩ pars q̃ nihil patit̃, ſed ea q̃ cũ alia patit̃,cõſẽtiẽtis vocabulo ſignificatur. Itaq; quũ affecto ſtomacho,oculi ſimilibꝰ ĩfeſtãt̃ caſibus,quales in ſuffuſionibꝰ apparere ſolẽt,dicẽdũ eſt illos pati,elato ad cerebrũ ab hũoribus ĩ vẽtriculo cõtẽtis,fumoſo quopiã vapore,nõ tñ adeo afficiũt̃, vt ablata re q̃ moleſtiã intulit,propria curatione egeant. Verũ huiuſmodi diſputatio,vt dixi,ad dialecticã potius pertinet. Quæcunq; enĩ quęſtiões vſũ trãſcendunt,qualis ſit rerum natura ſecundũ propriã eſſentiam indagantes,haud dubie logicę eſſe cenſẽtur. Sic etiã Chryſippus philoſophus de animi ęgritudinibus ſcripſit. Vnum quidem de curandi ratione librum,quo ſcilicet maxime ad earũ curationem ĩdigemꝰ,cui tres alios ſubiũxit, ꝗ logicas cõtinẽt q̃ſtiões.

Suffuſiões.

Quęſtiões logicæ.

Chryſippꝰ.

¶ Q; ſcire oportet,quomodo læſa actione,diſtiguantur partes primogenio affectu laborãtes,ab his quæ per aliarũ conſenſũ afficiunt̃. Cap. II.

IGitur quot ſint lęſarum actionum modi, Archigenes parum accurate explicuit, quamuis hæc quæſtio, & melior, & huic noſtro propoſito vtilior fuiſſet,quod & primo affectę, ſiue proprie affectæ,ſiue quomodolibet nominaueris,corporis ſedes,ita depræhẽdunt̃,

Archigenes.

Vocalia inſtrumenta. Digiti affecti.

& curandi quoq; facultas abunde ſuppetit. Ego vero in vocalibus inſtrumentis id iam expoſui, ac in eo quoq;, qui in manu ſẽſum amiſit digitorum, ipſis nõ affectis, quippe inuenta in dorſi initio pars, quæ primo afficiebatur, idoneã curationem oſtendit.

¶ Qꝫ partes, quarũ actiones, eo ꝙ alijs conſentiũt, læduntur, aliȩ quidẽ in proprio ſuo corpore habent diſpoſitiones ipſas, aliȩ vero priuãtur, aut materia, aut facultate, quæ ipſarum viribus influere ſolebat. Cap. III.

Suffuſio.

SEd aliter eueniunt ſuffuſionis accidentia, affecto ventriculo, atq; aliter ei, qui ab alto decidit, nullo exiſtẽte ĩ vocalibus inſtrumentis vicio, vox intercepta eſt. Deniq; alia cõſenſus ſpecie laborabat is, cuius digiti ſenſum amiſerãt. Siquidem oculi vexabantur ꝙ aſcenderet ad eos aliq̄d, vox autem ꝙ materia eius eſſet oblęſa. Sed digiti idcirco torpebant, ꝙ ſentiendi facultas ad ipſos nõ deſcendebat. proinde ſatius fortaſſe fuerit exiſtimare, neq; vocalia inſtrumẽta, neq; digitos fuiſſe affectos, oculos vero ecõtrario. Nã his vt fumoſo vapore impletis, affectus ipſe ineſt. Vocalium vero inſtrumẽtorũ, atq; digitorũ officiũ læditur, nõ ꝙ veniat ad eos quippiam præter naturam, ſed ꝙ careant eo q̄d ſecundũ naturã ad ipſos venire debet. Sane ſecundum dorſi ſpinam læſa nerui origine, vis ſentiendi digitis non influit. Neq; guttur reſolutis intercoſtalibus muſculis efflatum ſpiritum recipit. Nichilominus recte dixeris, in ipſis hanc eſſe paſſionem, quod non perueniant ad ipſas partes ea, quæ antea quum ſecundum naturam ſe haberent, venire ſolebant. Ete

nim fontes affici haud abſurde putaueris, ſi non per- Analogia.
ueniat ad ipſos aqua. Sic cerealium quoq; frugum e terra prodeuntium, ſqualor imodicus, paſſio eſt, & animaliũ, cibi potioniſq; penuria. Quoties enĩ alicui deeſt illud, ſine quo ſecundũ naturã, munere ſuo fungi non poteſt, ipſum optimo iure affectũ eſſe putandum eſt. Sed huiuſmodi queſtiones (vt iam dixi) ad dialecticã potius pertinent. Cęterũ magna medicorum pars negligit eas conſyderationes, quę vel lęſis, vel deperditis actionibus, neceſſarię ſunt. Quum enĩ duę tres ve fuerit aliquãdo huiuſmodi actiones, accidit interdũ, vt vna particula affecta, reliquę in ſuis actionibus ei cõſentiant, interdũ vero, vt õnes eodẽ modo afficiãtur. Aliquę etiam adhęrentẽ, ſiue habituatã nõnũq̃, vt ita dicã, habent diſpoſitionẽ, reliquę vero, vt quiſpiã dixerit, detentionẽ, de quibus ſecundo libro de viuorũ diſſectione, atq; ĩ eo qui hunc pręcedit iam diximus. ac nõnihil in ſequẽtibus quoq; dicemus, vt videlicet futurum ſermonẽ, qui ſine huiuſmodi definitionibus explicari nõ poteſt, perficiam9. Sed iam enarrare aggrediamur id, quod admodum vtile fuerit pręd ixiſſe, propter eos, qui verbo quidem demõſtrare nitũtur, affectorũ locorũ inueſtigationẽ, medicis eſſe neceſſariã, opere vero illã euertũt. Atq; vnum aliquẽ affectũ pro exemplo ſumamus, ſitq; is Morbus lateralis.
pleuritis, ĩ qua, latus eſſe affectũ, dolor ĩpe declarat. Sed vtrũ ſuccingulũ vocatũ, ſiue mẽbrana, ſiue tunica (nichil enĩ refert) inflãmetur, in pleuriticis, an alia quędam lateris particula, pręterea vtrũ pulmo ſecũ- Empiricorũ defenſio
dum fibras neceſſario afficiatur, an omnino affectionis ſit expers, ſcire, nihil ad rem pertinere autumant ij, qui vſum, & experimenta pręferunt. dicunt enim

multos ſe vidiſſe pleuriticos, tum a p̃ceptoribus, tum a ſe curatos, obſeruatis ijs p̃ceptis, quæ ab Hippocrate in libro de ratione victus ĩ acutis morbis, p̃ſcripta ſunt. item quid ipſis ꝓſit, & quid noceat noſcere, euidentia ſigna habere, quibus diſcãt cui venam ſecare oporteat. Inſuꝑ de fomẽtis, cataplaſmatis, victus ratione, alui ductione, nihil ſibi ad completã notitiam deeſſe, idq; ex longa experientia. Sed quid vel Hippocratẽ, vel alium quẽpiam illo priorẽ induxerit, vt hæc inueniret auxilia, ſe penitus ignorare, ſatis ipſis eſſe, ſi iam dictis remedijs cõmode vtantur. id quod alios quoq; artifices facere videmus. Neq; enĩ faber, ſiue lignarius, ſiue erarius, neq; cerdo, quo pacto artes ſuę fuerint inuentę, inquirunt, ſed a p̃ceptoribus edocti, vſu eas probãt, & cõfirmant, atq; ſic ſubinde clarũ nomen aſſequũtur. Equidẽ, vt verũ fatear, quũ medicos qui ſe empiricos ab experientia nominant, talia ꝓferentes audio, inducor certe vt ꝓbabiles putẽ eorũ rationes, videnturq; mihi, qui rationalẽ medicinam ꝓfitentur, cõtra illos parũ idonea ſe reſponſiõe tueri. Proinde vt per omnẽ ętatem, ne proterue quicquã aſſererem, ſemꝑ me cõtinui, ita apud ęgros diu, multũq; debita auxilia inueſtigaui, an videlicet logica demõſtratione indigerẽ, an ſufficerent ea p̃cepta, quæ ab experiẽtia, & p̃ceptorib⁹, atq; ex meipſo didicerã. Igitur ea quę diutina inquiſitione longe optima iudicaui, ita me dij ament, veritatis amatores docere nõ grauabor. Nihil enĩ cauſę eſt, quãobrem mẽtiar, quod facere ſolent ij, qui vni ſectę addicti, omnẽ ex ipſa gloriã quęrũt, quippe cõtẽtioſe eos defendere oportet, eam ſectam verã eſſe, quã vnicam nouerũt. nam ex nullo alio diſciplinarũ genere, gloriã ſperare

Galeni deliberatio.

poſſunt. Ego vero reipſa, & publice, & priuatim, apud eos videlicet qui ſectã quãlibet a me diſcere cupiebant, oſtendi, in omniũ ſectarũ ſcientia (ne maius quicquã dixero) me eſſe poſthabẽdũ nemini. Quod ſi vni ſectarũ patrociniũ ferre, vel breuibus quibuſdã rationibus aggrederer, nemo tam facile me depręhẽderet. Non eni, vt nõnulli faciũt, ex libris eas didici, ſed pręſtãtiſſimis in vnaquaqꝫ ſecta p̃ceptoribus vſus ſum. Itaqꝫ inotui Romę, tũ primoribus eius vrbis ciuibus, tũ iperatoribus deiceps oibus, & quidẽ ob artis opa, nõ ob ſophiſticas ratiões, quãobrẽ nihil ꝓhibet, quo minus de vnaq̃qꝫ ſecta vere dicã ea q̃ ſentio. Igit̃ per artis exercitationẽ cõperi, eã inuẽtionẽ q̃ ex vera demõſtratione ꝓcedit, in his quæ raro accidũt, remediorũ copia experientiã lõge ſuꝑare. Equidem multos morbos curaui, medicamentis ab experiẽtia maxime alienis, q̃ quidẽ in libro de curãdi via & ratione latius explicata ſunt. Nũc vero ea dũtaxat perſtringã, q̃ noſtro ꝓpoſito magis accõmodata videbũtur. Nã cõperi lęſas actiones non ſolũ in ſimilaribus partibꝰ laborãtibus, verũ etiã in alijs quibuſdã ꝑticulis, quę licet actionẽ non habeãt, vſum tamẽ quendã p̃ſtare vident̃. Sic etiã inſtrumẽtaliũ partiũ morbos, actioni nocẽtes depręhẽdi. Quibus p̃cognitis, iueni deinceps morbos quoſdã, cõtinẽter plurimos homines ifeſtãtes, alios vero raro accidẽtes. Atqui experimẽta tantũ ſpectãtes medici, nõ ea quę raro, ſed q̃ crebro accidũt, mẽoria, & imitatiõe aſſequũt̃. Quocirca diſpoſitionũ raro euenientiũ, nõ ſolũ curationẽ, verũ etiã p̃uenıẽtes ipſarũ notiones negligũt. Proinde primũ inueſtigaui quomodo cognoſcẽdę ſunt, inueniqꝫ earũ quaſdã euidenti deprӕhendi poſſe notitia, nõ-

Galeni iactantia.

Cõcluſio.

Contra empiricos.

nullas vero artificioſa vocata coniectura, atq; idcirco ipſas magna ex parte rectas. Eiuſmodi enī eſt artificioſæ cōiecturę vis. Verū & has ipſas, & diſpoſitiones eis priores, quę videlicet euidentē notitiā admittunt, indigere ſemp inueni affectarū partiū notione. Itaq; medicinā profeſſus, vſq; ad ſenectutē, nullā in hodiernū vſq; diē calūniam ſubij, neq; curādo, neq; præſagiendo. id quod celeberrimis quibuſdā medicis interdū accidere memini. Quod ſi quis gloriā ab artis operibus, non a ſophiſticis ſermonibus aſſequi voluerit, is citra erūnam facili cōpendio colligere poterit ea, quæ per omnē fere ætatē diligenti inquiſitione inueni. Idq; ſibi perſuaſum habeat, hac via & ratione, medicamēta me inueniſſe, quibus morbos raro eueniētes curarem, quū antea neq; p̄ceptorē vidiſſem huiuſmodi morbos curantē, neq; ip̄e aliquod expertū haberē remediū. id quod, per deos īmortales, affirmare nequaquā timeo. Quippe viciata actione, ſemp īueſtigare ſtudebā, quæ nam ſedes, vel ipſa affiiceretur, vel alteri cōſentiret. quūq; eam inueniſſe perſuaſū mihi eſſet, tū diſpoſitionē ipſā q̄rere, atq; ex vtriſq;, totius curatiui generis indicationē ſumere, ſimul remediorū & quātitatē, & q̄litatē, & idoneā materiam inuenire. Præterea cū prædictis, & ætatē, & naturā laborantis, tum anni tēpus, & terrā, & id genus alia, quorum in Hippocraticorū librorū enarratione memini, perpēdere operępreciū ducebā. Verū ſup̄ioribus duobus libris hunc p̄cedētibus, niſi fluxa admodum fuerit memoria, didiciſtis affectas ſedes quīq; modis poſſe depręhēdi. Nempe ab excrementis, atq; ijs quæ affectis partibꝰ adnaſcūtur, itē actione lęſa, quibus cōnumerātur & color p̄ter naturā, &

Galeni gloria.

Affectorū locorū quītuplex dep̄henſio.

figura. Sed excremēta trifariā diuidūtur, aliquando eni affectarū ſedium partes, ipſarū videlicet eſſentia vel ſoluta vel detrita excernūtur, interdū ea quæ in ip̄is cōtinētur, nōnūq̄ aliquid qđ morboſas diſpoſitiōes ſequitur. idqꝫ vel ſolas, vel ſemꝑ, vel magna ex parte. Cū itaqꝫ in quibuſdā affectibus, nulla alia mihi pateret via, ſola actionis lęſio, ſatis cōducebat ad affectarū partiū inuentionem.

Excremēta triplicia.

De memoria perdita, deqꝫ alijs affectib⁹ qui circa pricipē aīæ facultatē euenire poſſūt. Cap. IIII.

IGitur cū deperditā cuiuſdā memoriā reſtituere oporteret, eſſēqꝫ adhuc iunior, ac neqꝫ p̄ceptorē vnq̄ vidiſſem, qui huiuſmodi affectionem curaſſet, neqꝫ ab antiquorū aliquo curationem didiciſſem, apud meip̄m inueſtigaui. Primū quidē quænā pars eſſet affecta, cui topica, id eſt localia vocata remedia adhiberē, prius videlicet vniuerſi corꝑis curatiōe p̄miſſa. Id eni cōmune p̄ceptū eſt, qđ in oībus morbis obſeruare oportet. Deinde qua via & ratione, remediorū ſingula īuenirem. Cęterū affectā ſedē eam ipſam exiſtimaui, qua prīceps animæ vis cōtinetur. Medicamēta autē ea adhibēda eſſe, q̄ diſpoſitioni aduerſarent̄. Interim oratos habere velim oēs, qui in horū cōmentariorū lectionē inciderint, vt pruritū, ſollicitudinē, vel inſaniā, quam de ſectis cōceperūt, deponāt. deinde ſic, vt ꝓbos viros decet, dicendorū ſeriem cōſyderent. Equidē quū ea quæ iam ſupra ꝓpoſui, ꝑpenderē, accepi Archigenem librū quēdam, de oblęſæ memoriæ reſtauratiōe edidiſſe, quocirca oēs bibliothecas ilico ꝑcurri, cōueniqꝫ librarios oēs, atqꝫ medicos quoqꝫ, quos & viri,

Memoria lęſa

Topica remedia.

Archigenes.

et ſcriptorũ eius, ſtudioſos eſſe ſciebam, quo eius libri copia mihi daret, ſperans ipſum, vel ad remediorũ, vel ad affectę ſedis inuẽtionẽ, nõnihil vtilitatis collaturũ, quippe cõijciebã nullã aliã a corde ſedem huic affectioni ipm deſtinaſſe, ſecta ipius cõſtanter defendente, principẽ animę vim in ea parte ſedẽ ſibi vendicare. Porro intelligere cupiebã quod intẽperantiæ genus, eius affectionis cauſam eſſe putaret, neq; eni dubitabã, quin diſtẽperantiã aliquã pro cauſa afferret, vtpote qui ſectã eius non ignorarẽ. Sciens itaq; octo intemperaturę genera in qualibet particula poſſe cõſiſtere, quatuor ſimplices, & quatuor compoſitas, noſcere cupiebam, quod diſtemperãtię genus Archigenes lęſæ actionis cauſam eſſe declararet, frigus ne, an humiditatẽ ſpiritus in corde, an cõpoſitum ex frigore & humiditate, aut ariditatẽ cũ frigore, putaret huiuſmodi poſſe affectionẽ producere. Eteni manifeſtũ erat, eum in hac re nihil tribuiſſe calori. Sed quid demũ mihi acciderit, ijs qui huius ſectę inſaniã abſterſerint, iam narrare aggredior. Sane primos eius libri ſermones ſcripſi, vbi videlicet Archigenes deletæ recordationis, ſiue obliuionis, ſiue memorię amiſſę, aut lęſæ, vel vtcunq; eam, quam ſupra propoſui affectionem, nominare volueris, aut ſi non affectionem, ſed morbum, aut accidens, aut infirmitatem appellaueris, talia enim a ſophiſtis tractantur, quæ ne minimã quidem vtilitatem ad curationis rationem afferunt. Verum quo clariora reddantur ea quæ poſthac dicemus, hoc pręcicere neceſſe erat. Archigenes vndecim libros epiſtolarũ ſcripſit, in quorum primo, extat ad Marſum epiſtola, qua cõſulit, vt patri memoriã reſtituere nitatur, atq; ab initio ſtatim poſt ꝓhemiũ, vbi

Intẽperaturæ genera.

Archigenis epiſtolę

curationẽ tractare incipit, ita ad verbũ fere ſcriptum eſt. Itaq; modici ſanguinis iterata detractio, incipiẽte etiandũ malo, meo quidem iudicio, non parũ cõferre videtur, niſi laborãtis forte imbecillitas obſtiterit. Deinde rurſus inquit. Conſultũ mihi videtur, vniuerſo quidẽ corpori, & irrigatiões, & fomẽta, deraſo vero capiti, cucurbitulas, adhibere. His ita lectis (vt verum fatear) faſtidio affectus ſum. idq; nõ ab re, quod ſpe quam de viro conceperã, fruſtratum me viderẽ. quippe qui millies, in multis cõmentarijs ſuis, affectorum locorũ, atq; diſpoſitionis ipſorum ſcientiam, neceſſariã ad rectã curationẽ eſſe dixiſſet. Sed quid vtilitatis inde cõſequemur, niſi ab ĩpis ad remediorũ inuentionẽ dirigamur? Qua igit̃ o Archigenes, ꝓbabili ratione ꝑſuaſi, caput aggrediemur, relicto corde, cuius cognatũ quoddã officiũ memoria eſt? Cucurbitula, ĩquis, capiti adhibita curãdo memoriã reſtituit. qua ratiõe huiuſmodi ſuades remedia? ita nũc quoq; inter viſitandum ægros, per cõmunes cõſultationes, video medicos inter ſe interrogãtes, qua ratione hoc potius, quã illud adhibere ſuaſerit. atq; ij ne minima quidem negligunt, tantum abeſt, vt tam grandia, qualis eſt cucurbitula capiti adhibita, prætereant. Neq; video, ſi pectori e regione cordis adhibeatur, quomodo Marſi patrẽ iuuare poſſit. Præterea propoſita iam verborum ſeries, non explicat, vtrum conciſa ante ſcalpello, an integra cute, cucurbitulam aptare voluerit. Si enim forte fortuna, vt nõnũq̃ euenire ſolet, frigida aridaq; fuerit diſpoſitio, ſanguinis quidem detractio ad extremum ducit periculum, ſolę vero cucurbitulæ, nõ alio noĩe, quã caloris excitãdi gratia, vtiles eſſe cenſentur. Cucurbitulę enĩ attrahũt

Cucurbitula.

Phlebotomia.

ad ſeſe humorē ex imo, id quod aridę diſpoſitiōi maxime aduerſat. Ignota itaq; diſpoſitione, quę vel caput, vel mēbranas ipſius afficit, haudquaq; tutū fuerit, in exteriores caluarię partes materiā retrahere. Sic eni prędicere debuerat, ſi frigida humidaq; affectio fuerit, capite hoc modo diſpoſito, curationis ſūmā in calfaciēdo exiccandoq; ſtatuere, atq; pſidiorū materiā, quæ huiuſmodi habeāt facultatē, adhibere oportet. Quū itaq; ex obſcura me vertigine recollegiſſem, ſequētia etiā legere aggreſſus ſum, īuenire me poſſe ſperans, ſi nō per ordinē, ſaltē ſine ordine, huiuſmodi aliquē ſermonē, qualis is erat, quē nuper exēpli cauſa percurrimus. dephēdi itaq; oīa pſidia p delectū vehemēter calorifica atq; exiccātia, adeo vt totū caput, ſynapiſmo ab ipſo vocato, calfaceret, q̄uis vehementiſſimū ſit medicamentū. Deinde ablato ſinapi, caput intro cōſpergere, mox aqua rigare iubet, quo medicamine nullū in arte medica violentius īuenies. ſiquidē natura eius cauſtica eſt, puſtulas enim vt ignis excitat. Igit Archigenes diuturnius inferēs nego-
" gociū, inquit. Igitur intolerabilē habet dolorē, neq;
" vlli vel maximorū pſidiorū cedit hoc medicamentū, quippe ex ſinapi, naſturtio, grano gnidio, vua timinia (ſtaphidagriā greci vocāt) apophlegmatiſmos īſtituit, ac ſternutamēta mouere, & potiōes ppinare iubet. vtraq; ex vehemēter calidis aridiſq; medicamētis cōponēs. Vt facile cōſtet ipm credidiſſe, ad humiditatē, & frigiditatē, vel cerebri, vel mēbranarū, hanc diſpoſitionē ptincre. Huiuſmodi eni diſpoſitio, ſi caluariā tantū affecerit, hominē memoria haudquaquā priuabit. Verū hæc obiter propterea dixerim, quod exiccantia calorificaq; remedia inducit, quāq; nuſq;

Apophlegmatiſmus.

ab ipſo explicatum eſt, humore frigoreq; obliuionẽ conſtare. Sed quis nõ indignabitur, videns caput tã-tis vexari negocijs, alia videlicet parte affecta? Cęte-rum id quod de cucurbitulis ab initio indeterminate protulit, poſtea pergens huiuſmodi verborũ ſerie manifeſtiſſime declarat. Atq; irritatiões (iquit) quas ſinapi, cucurbitulęq; ĩtulerũt, leuare oportet. quippe q̃ interdum mitiores, interdũ vehemẽtiores eſſe ſolent. Atq; efficaciores ſunt illæ, quę cõciſa prius cutę, adaptantur. Verum o clariſſime Archigenes, nulla tibi ſuffragari ratio poteſt, quãobrẽ capiti iſta adhibeas, ſi affectio cõſiſtat in corde. Neq; ab experimento, vt interim empiricos alloquamur, talia poſſunt inueniri. Aeſtuãs quiſpiam ſub ardente febri, frigidã aquã per intemperantiã ingeſſit, & nõnihil pręſidij expertus, medicis imitationis viam, nulla interueniente ratione, aperuit. Cucurbitula vero, nulla occaſione duce, ſed ſola indicante ratione adhibetur. Neq; enĩ ſua ſponte cucurbitula ſeſe adaptare, neq; etiã ſi hoc detur, per occaſionẽ aliquã capiti adhiberi poteſt, præſertim in ea affectione, quę raro euenire ſolet. Interroganti vero mihi noſtræ tempeſtatis medicos, pręcipuę ſenes, & exercitatos, curaſſent ne vnq̃ huiuſmodi affectũ? omnes pene reſponderũt, nunq̃ id ſe tentaſſe, vno dũtaxat excepto, qui diceret curationem quidem aliquando ſe aggreſſum, nihil vero profeciſſe. Quo pacto igitur eorũ, quę ex occaſione dũtaxat apparent, auxilia, vel experimento, vel imitatione cognoſcemus, præſertim raro eueniẽte huiuſmodi affectu, neq; ſua ſponte poſſit cucurbitula per occaſionẽ capiti adaptari. Frigide enĩ potio, cęteraq; id genus remedia, quorũ quotidie in multis creberrimũ faci-

Cucurbitula.

mus periculū, per experimenta inueniri poſſunt, ſed cucurbitulę appoſitio, ſiue conciſa prius cute, ſiue ea integra fiat, experimentis haudquaq̄ fulciri poteſt. Quū enī reliquarū affectionū ſedes, q̄uis nō exacte, ad inuentionē tamē remediorū, ſatis ſenſibus dinoſcant, in memoria id cōcedit minime. Reliquas voco affectiōes, vt lateralē morbū, peripneumoniā, nephritidē, diſpoſitionē colicā, hepaticā, ſplenicā, aut veſicę, aut vteri affectus, atq; id genus cæterarū partiū. In quibus oībus, & dolores, & ea quę per meat⁹ excernūt, & ſi nō exactiſſime, ſaltē ī latitudie, ſedē affectā declarāt. In laterali enī morbo facile eſt vniuerſo lateri adhibere quicq̄d voluerit, ſiliter vētri in colica, quēadmodū ſi hepar aut lienis īflāmetur, p̄cordijs, atq; haud ſecus in cęteris partibus. Deperdita vero memoria, nullum affecti loci ſignū, neq; tumor p̄ter naturā, neq; dolor aliquis, neq; excretio, neq; aliud quidpiam extat. Quēadmodū neq; in melancholia, phrenitide, mania, morbo comitiali, lethargo, ſopore, et ī ea affectiōe quā recētiores medici catochen, id eſt vigilantē ſoporē nominānt, atq; catalepſi, id eſt occupatiōe, ac ne ī ijs quidē affectibus, qui vel toto corpore reſident, vt ſpaſmis, & ſaltibus, vel altera dūtaxat medietate, vt paralyſi. nullū enī ſignū ab his tāq̄ ex radice ꝓdit. quippe neq; tumor p̄ter naturā, neq; dolor, neq; color a priori mutatus, neq; excremēta, vnde Archigenes potuiſſet iuenire remedia. ſiquidē nugaces ſunt empiricorū occaſiōes, atq; Archigenis ſermo nos ducit ad cor. Verū ſi cōcedamus ab experiētia, dictarū affectionū auxilia ꝓdijſſe, nūquid manifeſte dep̄hēdetur falſa ilorū arrogatia qui rationales vocant? ac ne ſimplex quidē illa rep̄helio erit, ſed

Catoche.
Catalepſis.

gemia, atq; vtraq; fortis? Si eni vſq; adeo vtile eſt experimentũ, vt nõ ſolũ citra rationẽ iueniat remedia, verũ etiã coarguat rationẽ tanq̃ aperte falſam, tantũ abeſt vt rationalibus medicis vſui ſit, vt etiã nocere videatur. Sed (vt aiũt) ſatis reprẽheditur id quod iutile eſſe oſtẽditur. Quũ vero rationẽ, noxiam quoq; eſſe declaratum ſit, quod maius argumentum deſyderas, quo rationis viciũ oſtendatur? Igitur ſup animę prĩcipatu, ac ſimul affectorũ locorũ vſu, diſputandi gratia, multis rationibus quę cordi in animę affectionibus adhibenda eſſe remedia oſtendebant, interrogatus Archigenes, in curandi ſcientia exercitatiſſimus, multas ratiões, quę cordi in animę affectionibus, adhibere remedia ſuadebãt, ita ſubĩde cõtẽpſit, vt neglecto pectore, capiti cucurbitulas adaptaret, ipſumq;, licet haudquaq̃ affectũ, & incideret, & vreret. Num igitur per Iouem mentitus ſum paulo ante, cum dicerem rationalem viam, quod ad remediorũ inuentionem pertinet, omnino prodi ab his ſcilicet, qui patriæ, quam ſectę ſuæ proditionem, æquiori ferrent animo? quippe proditionem eſſe arbitrantur, ſi tunc vera dixerint, cum diſſonare deberent, ab ijs qui eãdem ſectam defendunt. Igitur vt in prẽſentia, turpẽ contentionem manifeſte declarant, ſic etiam haud obſcure dementiam ſuam prodũt, cum putant omnia ſua decreta turbari, ſi aliquãdo, vel in vno repræhendantur. Placitorum enim alia, cõſequentia quadam ſeſe conſequuntur. Alia inter ſe pugnant, alia neq; cõſequuntur ſeſe, neq; pugnant, vt in hac ipſa de principali animæ poteſtate, queſtione, ſiquidem nihil refert ſiue in corde, ſiue in capite ſedem ei ſtatueris. Sic de naturę elementis cuicunq; adhęſeris o-

pinioni, neq; pugnantia, neq; ſeſe cōſequentia dixeris, haud ſecus de generatione quoq; et corruptione, de animæ eſſentia, de dijs, de prouidētia, de fato, itē genitus ne ſit mundus, an ingenitus, finitus, an infinitus, prçterea an plures ſint mundi, numeroq; incomprçhenſibiles, an vnus dūtaxat. quippe nulli iam dictorū placitorū repugnat, neq; ad vllum ipſorū ſequitur, ea quç de animæ vi principali habetur opinio, ſiue in corde, ſiue ĩ cerebro eam cōtineri dixeris. Itaq; produnt vniuerſam ſectā rationalē, qui huiuſmodi ſcribunt curationes, cū de pcipua animi vi, adeo manifeſtç ſint demōſtrationes, vt oībus fere hominibus nota ſit pars qua reſidet, ſolis medicis ſummiſq; philoſophis in corde eam collocantibus. Demonſtrationes vero ipſas, in cōmentarijs quos de Hippocratis, Platoniſq; decretis edidi, iam dixi. Porro rationalē animæ vĩ in cerebro, virilē vero, atq; iraſcibilē in corde, cōcupiſcibilē in iecore ſitā eſſe, nemini nō perſuaſum eſt. Id quod quotidie dicentes audiendo, diſcere licet. Quippe fatuū aiūt cerebrū nō habere. Timido & puſillanimi, cor deeſſe. Tityo vero iecur eroſum, nō ſolū poetç, verū etiā pictores, ſculptoreſq; fingūt. Sed tēpus eſt vt ad propoſitū redeam⁹. ¶ Sane in cōfeſſo eſt oībus medicis, ſi opera ſpectes quç rationali poteſtate affecta laborātes faciūt, caput propriā rationis eſſe ſedē. proinde cōſyderemus oportet, qualis ſit in vnaquaq; affectione diſpoſitio, de lçſa memoria pricipiū faciētes, tū quia iā de ipſa loqui ſtatuim⁹, tū etiā quia crebro ipſa nobis occurrit, viciata ſimul quodāmodo ratione. Quēadmodū ſi ratio lçdatur, memoriā quoq; lçdi cōtingit, vtriuſq; noxa ab eadē diſpoſitione procedēte, quç vbi vehemētius intendit,

Tityus

Memoria lçſa.

ſimul cū memoria, ratio quoq; deperditur. Quæ affectio ſtultitia nomīatur. Sic ī lethargo etiāatq;, omnibus ſoporoſis affectionibus, vtrę q; pereunt. Atq; diſpoſitionē ipſam, ſecundū primū genus, ſimilem eſſe neceſſe eſt, nempe diſtemperantiam. Iam enī explicauimus, eam ſimilariū partiū, quę primo efficit, cōmunem eſſe diſpoſitionē. Secundū vero alterū genus, frigida oīno diſtemperantia eſt, ipſa enī animales actiones torpidas efficit. id quod animalia quę per frigora latere cogūt, haud obſcure declarant. Id etiā in frigidis venenis videre eſt, ac frigidis quoq; cibis. ſiquidē lactuca, graues inducit ſomnos ſi multā ipſius quantitatem, quis ingeſſerit. ¶ Verum etiā capitis grauitates, quæ videlicet ſine mordaci infeſtāt dolore, ſomnum, ſoporēq; afferūt, quibus apophlegmatiſmi magnifice opitulari vident. Ad hæc nō mediocri argumento ſunt, capitis & ardor & refrigeratio. ſi quidē ardor, vigilias, refrigeratio, ſoporē inducit. Itē biliosi calidiq; morbi, vigilias, deliria, phrenitides. cōtra, pituitoſi frigidiq;, ignauiā, ſoporēq; efficiūt. Quippe quod ad vigilias, ſoporeſq; per morbos pertinet, calida, frigidaq; diſtēperantia, primā ſibi facultatē vendicant. altera vero ab hac, ad humiditatē ariditatēq; refertur. Item balneę quoq;, eo quod caput madefaciunt, ſoporiferæ ſunt. haud ſecus vini moderata potio, omnes cibi humectantes, atq; ex ætatibus pueritia quidem, ob humorē ſomnolenta eſt. Senes vero ob ariditatē, vigilijs vexātur. Igitur oīa hęc argumēto eſſe poſſunt, ad animi ignauiā inducendā, humiditatem pręter naturā, ſecundas partes obtinere, frigiditatem vero priores. Proinde vt humiditas abundans, vel ſola, longos profundoſq; ſomnos, ita aridi-

Stultitia.
Sopor.
Lethargus

Aīalia latētia.

Capitis grauitas.

Vigiliæ
Sopor.

tas quoq; ſola, vigilias efficit. de quibus diſpoſitionibus ab Hippocrate dictũ eſt. Sõnus aut vigilia, ſi alterutrũ modũ exceſſit, mali eſt. Quod ſi frig⁹ cũ humore vehemẽter intẽdat, ſoporẽ, ſtuporẽq; cõſtituit, ſine hoc vero, mẽorię nocet, ſtultitiãq; inducit, Quũ itaq; nõ ſolũ ĩ frigiditate, hũiditateq;, verũ etiã ĩ ariditate, & calore, nõ paruũ, ſecundũ magis & minus, ſit diſcrimẽ, nichil mirũ ſi multifariæ inueniant cauſę, quę aĩales actiones lędere poſſint. Cęterũ clarioris doctrinę gratia, rationalis animę actiones, principales, irrationalis vero, morales vocent, ſed has in pſentia ſilentio pterire decreuimus. nondũ enĩ vel cordis, vel iecoris affectus, tractare pponimus. Igit quẽadmodũ ſomnus, & vigilia, ſi modũ exceſſerint, ille ob hũitatẽ, hæc vero ob tẽperaturæ fit ariditatẽ, ita & in his ipſis, & magis, & minus, tũ in ſomnis, tũ vigilijs, ſequit maiorẽ, aut minorẽ, vel humiditatẽ, vel ſiccitatẽ. Cũq; bifariã (vt iam declaratũ eſt) fiant huiuſcemodi diſtẽperaturę, duplex quoq; erit vtriuſq; diſpoſitiõis modus. vnus quidẽ in humidis, ſiccisq; humoribus, alter vero ĩ corpibus ſolidis, ſi aliquãdo in eaſdem intẽperaturas ſolidę partes atq; molles inciderit. Pręterea q̃uis iã dictę tẽperaturę ſint contrarię, fit tamẽ ex ipſis mixtũ quoddã tẽperamẽtũ, vt ĩ vigilãti ſopore, quũ pituitoſus bilioſuſq; humor abũdauerit. Ita in calidi frigidiq; cõtrarietate, eoſdẽ quoq; modos inuenire licet, tũ ſimplicibus intẽperaturis, tũ ex ambabus cõpoſitis. Pituitę enĩ ſi bilis miſceat, flauã dico, mixta fit ex calido frigidoq; diſpoſitio. Quod ſi in ſolidis corporis partibus, mixtã ex cõtrarijs diſpoſitionem fieri fateamur, tres ab ipſa prodibunt in vnaquaq; contrarietate intẽperaturę. Igitur huiuſce-

Hippocrates.

Actiões prĩcipales. Actiões morales.

Vigilãs ſopor.

modi affectus omnes, capiti aduenire ſolent, ſed inter ſe differunt, nõ ſolum mixtionis varietate, aut eo quod magis minuſue intendũtur, tum in ſimplicibꝰ, tum mixtis diſpoſitionibus, verũ etiam quod ventriculi cerebri, interdũ afficiuntur huiuſmodi intemperaturis, interdum vniuerſa eius vaſa, aut humiditas quæ per corpus cerebri diſperſa eſt. Accedit ad hęc quartus quoq; modus, quũ videlicet ipſũmet corpus cerebri intemperatum redditur.

¶ De ſtultitia, ſopore, lethargo, phrenitide, & mania. Cap. V.

QVorũ itaq; vel memoria, vel intellectus perijt, ſõnos obſeruare oportet (quippe itellectus amiſſio ſtultitia eſt) vtrũ vehemẽter, an modice ſõnolẽti ſint, aut oĩno nõ ſomnolenti, ſed quantũ ad ſomnum pertinet, ſecundũ naturã ſeſe habeant. Sic enim vincentem inuenies intemperaturam. Præterea conſyderandum eſt, vtrum excernant quippiã, vel ex naribus, vel ab ore, quod a capite defluat, an aridę huiuſmodi partes ſint. quippe ex ijs diſpoſitionem ipſam, coniectura cõſequi poterimus. Q ueadmodum in deſtillatiõe & grauedine vſu venit. ſiquidẽ in ijs, & qualitas, & quantitas excrementorũ, atq; antecedentium cauſarum cõtemplatio, capitis diſpoſitionem declarat, ſiue calida fuerit, vt in vſtione, ſiue frigida, vt in refrigeratione. Niſi enim omnia hæc diſcrete cognoueris, idoneã diſpoſitioni curationem haudq̃q̃ iuenies. ¶ Cũ igitͅ vel ꝑijt, vel grauitͅ lęſa eſt memoria, frigida oĩno intẽperatura eſt. quocirca calefacere ipſã oportet, at ꝗ̃o exiccare, aut humectare,

Stultitia.

Deſtillatio Grauedo.

Amiſſa memoria.

non neceſſariū eſt, ſed ſi humiditati copuletur, areſacere, ſi ariditati, madefacere. Cęterū ſi iter has medium obtinet, ipm cōſeruare oportet. Equidem noui quēdā, qui ob laborē in ſtudijs, atq; vigilias, memoriam pene amiſerat, lęſa etiā ratione. Itē agricolā, qui ob labores quos vites colēdo ſubierat ac tenuē victū, eodē modo affectus eſt. atq; ij exiccātib9, calorificiſq; lędebātur, madefaciētia vero, quæ calefaciēdi quoq; vim haberent, haud mediocri ipſis erāt pręſidio, Interdū vero, vbi principales actiones lęſæ ſunt, febris quoq; accedit, vt in phrenitide, & lethargo. interdū ſine febre viciū eſt, vt in mania, & melācholia, id qđ modo per cōſenſum, modo primaria affectione cerebro laborāte accidit. Quū igitur ꝓprijs accidētibus, exacte diſcernūtur huiuſmodi vicia, & ꝑpetua ſunt, neq; alijs p̄cedentibus ſuꝑuenerūt, primogenia affectione, quū vero proprijs accidentibus diſcerni non poſſunt, neq; ꝑpetuo ꝑmanent, atq; ad alias affectiones conſequūtur, per cōſenſum ipa cōſtare dicimus. Neq; latere nos debet, qđ vbi per cōſenſum quis afficit̄, fiatq; adhuc affectio, ꝙ deletis efficiētibus ipſam cauſis, ipa quoq; ſimul delet̄. Si vero cōſentiētes ꝑtes, ꝑmanētē iam habeāt diſpoſitionē, ꝗuis quieſcat cauſa efficiēs, ipa tamē ꝑmanebit affectio. Igit̄ ꝙ in cerebro cōſiſtāt oēs pricipaliū animę viriū affectus, in cōfeſſo habēt oēs medici, niſi quis vni fortaſſe ſectę addictus, aliter i aīo ſentiat, aliter depromat ex ore. At qualis ſit intēperatura, nō ſine negocio inuenitur, ea enī res laborioſū medicū, qui iquirēdo nō fatiget̄, deſyderat, nō q̄dē quo pacto veteres rep̄hēdat, qui de pricipe aīę vi, & vere et clare ſcripſerūt, adeo vt priuatis quoq; ꝑſuaſum ſit, ipam in cerebro cōſiſtere. Sed

Lethargus
Phrenitis.
Mania.
Melancholia.

Primogeni9 affectus
Affectus ꝑ conſenſum

philoſophis fortaſſe, vtpote ĩ ocio degẽtibus, facilius pro hoc errore quis veniã dederit. Medicis vero, qui iam in operibus ad ſenectutem vſq; verſati ſũt, quum de hac re contendunt, tantũ abeſt vt ignoſcamꝰ, vt etiam ignominia dignos eſſe cenſeamus. quippe ꝗ vigilantibus, delirãtibus, phreniticis, lethargicis, caput irrigare conſueuerunt. Nã & Archigenes quoq;, vbi viciata memoria medicanda eſt, aut ſtultum medicari aggreditur, capiti remedia adhibet. Quis vnquam exercitatus medicus apoplexiam, morbũ comitialẽ, opiſthotonon, proſthotonon, neruorum diſtẽtionẽ, aliter curauit? quis deniq; mediam partẽ corporis reſolutam? Nunquid vero vbi nerui cõuulſi rigẽt, õnes medici, vel experimenta etiam profeſſi, ſummam curationis eſſe cenſent, primis vertebris remedia adhibere? quẽadmodum media quoq; vniuerſi corporis parte reſoluta. Cæterum caput ſimul calfaciunt, quẽadmodum apopleticos quoq; curare conſueuerunt. Sic etiam per morbum comitialẽ, quum vel a ſtomacho, vel ab alia quapiã parte affectio procedit, quippe eam partem maxime & imprimis curare præcipiunt. Caput vero ita prępparãt, vt nõ ita facile afficiat̃. Hęc itaq; potiſſimum inquirenda ſunt, nõ principalis animæ vis, quã nemo, niſi peruerſa fuerit mente, non apertiſſime cognoſcit. Neq; neruorũ originẽ, diuinantium more, a dijs petere, ſed ab experto diſſectore diſcere oportet. Sunt enim nõnulli qui ſibi iam perſuaſerunt, neruos a corde oriri, eo ꝗ nequeunt ĩter copulam, neruumq; diſcernere, accedente etiã cognomine, quippe copulę a multis medicorũ colligantes nerui appellãtur. Verum nulla vexabimur nominis inuidia, ſi modo non copulas ipſas, ſed volunta-

Neruorum origo.
Copula
Neruus.

rios(vt ipſi aiunt)neruos intelligant,quos ſcilicet a ce=
rebro initiū accipere dicimus. ſiquidem ipſi voluulū,
neruorūue reſolutionem,non copulatiuorum,ſed vo
luntariorum neruorum affectionem eſſe dicunt. Cō=
uulſo enim vniuerſo corpore,omnes quidem autu=
māt affici talem quampiam partem,quæ vt in arbo=
re caudex ramorum,ſic ipſa ſit omnium neruorū cō=
munis origo,idq; veluti caudex,non paucorū in vna
parte,quemadmodū ramus, vt ſi vel crus,vel altera
manus forte fortuna conuellatur,conſtat neruorum,
qui ad conuulſum membrū perueniūt,originē eſſe af
fectam,quēadmodum rami cuiuſpiā ī arbore. Q; ſi
vniuerſum corpus afficiatur,communē originē, oīm
infra faciē neruorū,quæ arboris caudici ꝓportiōe re=
ſpondet,affectā eſſe putandum eſt. ſunt vero primæ
ſpinalis medullæ ꝑtes. Proīde exercitatiſſimi quiq;
medici,huic remedia adaptāt.cordis vero,an origi=
nis rationē in hac affectione habeat,nullā oīno men=
tionē fecerūt. Si vero ſimul cū vniuerſo corpore facies
quoq; cōuulſa videat̄,nō ſolū eā partē q̄ ex ſpina ꝓce
dit,verū etiā cerebrū ipſū curam9.eteni labra quoq;
ſæpenumero cōuulſa videmus,itē oculos,frōtis cutē,
totā mādibulā, ſimiliter & linguę radicē. At q̄a oēs
iam dictas partes,a muſculis ex cerebro neruos ſuſci
piētib9,moueri ex anatomice didicim9,cerebrū,ipſis
ſic laborantibus,credimus eſſe affectū. vbi vero ipſis
illęſis,cęteras partes cōuelli viderim9,ſpinæ initiū af
fectū eſſe fatemur. Hęc igit̄ ſūt q̄ prōpte diſcere,mox
ipſorū diſpoſitiōes cōſyderare oportet. Sed ſunt nō=
nulli medici,qui diſpoſitiōes ipſas ne aggrediūt̄ q̄dē,
ſed certāt ſuꝑ rebus manifeſte apparentibus,iactu=
ramq; temporis, quod non proijciēdum erat, nos fa

Conuulſio

cere cogunt, reſpondendo ijs qui recta medicorum decreta euertunt, quum inuenienda potius eſſent ea, q̃ illi ſilentio prȩterierunt. Et vel haudquaq̃ res ipſas definierunt, aut eas ſine demonſtratione, aut ſine idonea definitione, aut non ſatis abunde explicauerũt. Quemadmodum Hippocrates, vbi neruorũ cõuulſionem, vel ob plenitudinem, vel vacuitatē fieri dicit. Hippocrates. Etenim verus eſt ſermo eius, quibus vero rationibus fulciatur, vt fides ei adhibenda ſit, non popularibus, ſed doctis duntaxat viris, & qui diligēter prima medicinȩ rudimenta didicerunt, notum eſt. Hæc igitur quum didiciſſem, facile mihi perſuaſi, conuulſionem fieri ob eas cauſas, quæ ab Hippocrate dictæ ſunt. quippe ſi omnis motus qui a volũtate procedit, attractis muſculis in eas quibus innaſcuntur partes, fieri videtur. Neq; poſſit fieri attractio, niſi ad ſuam originem retrahatur muſculus. Conſtat conuulſionem in conuulſis partibus factam, hac ſola ratione a motu naturali differre, quod prȩter voluntatem fit. Itaq; quemadmodum in eo, qui ſecundum naturam habet, voluntas in cerebro iuxta neruorum originem ordinata, motionis principium, primis dat neruis, ac per ipos, muſculis. Ita ſi ſine huiuſmodi pricipio, inuenerimus, quapiam ex cauſa, neruos conuelli, modum quo cõuulſio fit, nos iam ſcire, non temere profitebimur. Etenim ſi videris aliquando neruoſa corpora, vt lyræ chordas, ob ambientis aeris immodicam temperaturam adeo vehementer, vt rumpãtur, intentas, haud difficulter intelliges, idem in animantium quoq; neruis poſſe cõtingere. Sed quomodo affecto aere tẽdũt chordæ, vt rũpãt, ſi vel nimis arid9, vel admodũ humidus ſit? Nempe humor madefacit

ipſas, vt in tumorē præter naturam attollantur, qui mox eas extendit. Ac veluti ſol tergora arefaciens cōtrahit, ita ſiccitas, chordas, & trahit, & extendit. Sic membranæ quoq; quum ad ignem exiccantur contrahi tendiq; videtur. His ita prçcognitis, haud difficile inuentu fuerit, vtrū ab ariditate, quç eſt humidæ eſſentiæ defect⁹, vacuationeq;, an ab humoris plenitudine, quç egeſtati aduerſatur, et ab Hippocrate repletio nominata eſt, affectus ipſe prodierit. quippe quum conuulſio ſit, vel a labore, vel vigilijs, vel fame, vel ſolicitudine, vel arida æſtuanteq; febri, qualē in phreniticis videre eſt, cauſam eius eſſe ariditatem, vacuationemq; recte putaueris. Si vero temulēto cuipiā, ac omnino pleno homini, qui videlicet ī ocio degit, id euenire conſpexeris, non ab re a contraria cauſa conuulſionem ortū habuiſſe iudicabis. Atqui euacuationi, contraria eſt repletio.

Morbus comitialis. Epilepſia.

¶ Atq; morb⁹ quoq; comitialis conuulſio eſt omnium corporis partiū, nō perpetua, vt in proſthotono, & opiſthotono, atq; tetano (id eſt neruorum rigore) videre eſt, ſed quæ ex tēporū accidit interuallis, Ac neq; hac ſola re, ſed mentis quoq;, ac ſenſuum oblæſione, a iam dictis conuulſionib⁹ differt. vnde cōſtat in ſupremis corporis partibus, cerebro videlicet, hunc affectū conſiſtere. Cçterum velox eius diſcuſſio, craſſum hūorē, ſpirit⁹ meatum in cerebri ventriculis, obſtruentem, hunc maxime affectum peperiſſe declarat, neruorum principio ſeipſū quatiente, quo excutiat id quod noxiū eſt. Ac fortaſſis per morbum comitialē conuulſio haud abſimilis eſt his quæ a ſpinali medulla incipiunt conuulſionibus, ſingulorum neruorum irrigatis proceſſib⁹. Verum nō ab ariditate, vacuationeq;, ſed a craſſo ſe-

per humore, hanc affectionem induci, argumēto eſt, quod & ſubito fit, & ſoluitur confeſtim, nam ſubitariam meatuum obſtructionem a craſſo viſcoſoqꝫ humore fieri conſtat. Etenim breui tempore fieri nō poteſt, vt vel cerebrū, vel tenuior ipſi⁹ membrana, ad tā tam perueniat ariditatem, vt corio ſimile quippiā pati videatur. Accedit ad hæc, vt is qui ſic laborat, neqꝫ videat, neqꝫ audiat, neqꝫ vllo ſēſu quicq̄ percipiat, ac ne memoria quidē conſequi poſſit, quid factū ſit. Siquidem cum memoriæ viribus, ratio quoqꝫ læditur. Ex his igitur oībus plane conſtat, in cerebro hanc affectionem conſiſtere, impediente humore animalem ſpiritum, qui in ventriculis eius continetur, quo minus poſſit exire. Porro quāobrem hic ſpiritus vocet animalis, aut quæ ſit eius potentia, in eo cōmentario, quem de Hippocratis Platoniſqꝫ placitis ſcripſim⁹, iam demōſtratū eſt. Sane quū ea, quæ per diſſectiones apparere ſolent, accurate conſyderarem⁹, rationi conſonum videbatur, animā in cerebri corpore ſedē obtinere, atqꝫ in ipſo, & rationis vim, & ſenſibilium imaginum memoriam reſidere, ac primum ipſi⁹ inſtrumentū, tum in ſenſilibus actionibus omnibus, tū in his quę a conſilio & voluntate prodeunt, ſpiritū eſſe, qui in ipſius ventriculis, maximeqꝫ poſtremo, continetur. q̄uis non contēnendus ſit medius ventricul⁹, perinde quaſi non valentiſſimus ſit. multis enim rationibus inducimur, vt hunc amplectamur, duos vero anteriores deſeramus. Verū exacta horum notitia, ad curationis inuentionē nihil fere conducit. Nā ſatis fuerit ad probe curandum, noſſe ſedem affectā eſſe cerebrum, atqꝫ in eius vētriculis humorem craſſum & viſcidum comprændi. ¶ Igitur quēadmo-

Spiritus animalis.

Animæ ſedes.

dum ea, quorum gratia, & affectas ſedes, & earũ diſpoſitiones inquirimus, ſic craſſorũ quoq; humorũ differentiæ, vtrũ videlicet pituitę, an atrę bilis naturam habeant, haud mediocriter ad curationẽ conferre videntur. Si tamen in præſẽtia non obliuiſcamur, quod quum ſimpliciter dicim⁹, Pituitoſos quidẽ eos nominari, in quibus humiditas frigiditaſq;, Melancholicos vero in quibus ſiccitas atq; frigiditas, dominantur. quãuis magnæ, peculiareſq; interim differentię, tum pituitæ, tum atrę bilis inueniãt. Pituitæ quidẽ, vnũ genus eſt, quod quotidie vel ſcreando, vel vomendo, vel emũgendo educitur, vaporoſo ſcilicet ſpiritu plenũ, vt nc ſenſum quidẽ lateat, ipſum eſſe diſſimilare. Alia vero pituita, ſimilaris quidem videtur, licet fortaſſe non ſit ſimilaris, qualis eſt crudus humor qui in vrinis ſubſtat, a Praxagora vitreus appellatus. Atq; ex hoc genere eſſe videtur ſaliua, quæ neq; fluida admodũ eſt, neq; aquoſa. Verum ſaliua nõ vnica duntaxat qualitate guſtũ afficit, nedũ vniuerſa pituita. Sæpenumero enim & acrẽ, & acidam, & ſalſã in ore ſaliuã, manifeſte deprælendim⁹, veluti cũ ſani degimus, nulla qualitate infecta ſed peride quaſi aquoſa, ſaliua guſtui offertur. ¶ Sic atra bilis quoq; ob ſubſtantię varietatẽ non obſcuras habet differentias. Nã alia eſt veluti fex ſanguinis, quæ admodum ſpiſſa eſt, fecibus vini haud abſimilis. Alia vero, quã ſuperior, eſſentię eſt multo tenuioris, adeo vt & vomentibus eã, & olfaciẽtibus, acida videatur, quę etiã terrã radit, attollit, & fermentat, atq; ampullas quales feruentibus iuſculis ſupernatare videmus, excitat. Sed ea quã craſſæ feci ſimilẽ eſſe dixi, in terrã effuſa, non inducit feruorẽ, niſi forte in ardente fe

Pituita.
Atra bilis.

Pituitę differentiæ.

Vitreus humor.
Saliua

Atræ bilis differentię.

bri, ipſã prę aſſari contingat. neq; vlla etiã acida qualitate participat, quandoquidem & ipſam nominare cõſueui melancholicum ſuccum, aut melancholicum ſanguinem. Hæc enim, meo quidem iudicio, non recte atra bilis appellari poteſt. Prouenit autem huiuſmodi humor in quibuſdam plurimus, vel a temperatura ab initio contracta, vel a cibis, qui (quũ in venis conſequuntur) in huiuſmodi humorẽ trãſmutari ſolent. ¶ Igitũ vt craſſus pituitæ ſuccus, ita hic quoq;, comitialẽ morbũ ſolet efficere, vbi in meatibus ventriculorum cerebri retinetur, ſiue is medius ſit, ſiue poſtremus. Vbi vero in ipſo cerebri corpore abundat, eam inſanię ſpeciem, quam Græci melancholian vocant, efficit. Quemadmodum alter atrę bilis ſuccus, qui p̃aſſata flaua bile naſcitur, ferina deliramẽta inducit, modo ſine febre, modo cum febre in cerebri corpore abundans. Atq; hanc ob cauſam phrenitis nõnunq̃ mitior eſt, quum videlicet a pallida bile ortum contraxit, interdum vehementior, quum flaua bilis eam peperit. atq; inſuper alia nonnunq̃ dementia occurrit ferina & melancholica, flaua bile præaſſata. Deliria autem, quæ per febrium vigores accidunt, non propria cerebri affectione, ſed per conſenſum fiunt. proinde eos furere, deſipere, inſanire, non ſolum medici, ſed priuati quoq; dicere conſueuerunt. Verũ ita affectos non nominant phreniticos, eo ꝙ phreniticorum inſania, non quieſcit, mitigato febrium vigore. Igitur quemadmodum phreniticis, febris, vnum quoddam accidens diſpoſitionum cerebri cenſetur. ſic ecõuerſo in ardẽtibus febribꝰ demẽtia, multis elatis ad ipſum vaporibus. Haud ſecus ſit ea affectio quę ſuffuſioni in accidentibus ſimilatur, a ventriculi

Morbus comitialis ab atra bile.

Melancholia.

Phrenitis.

Paraphroſyne.

Suffuſio.

diſpoſitionibus ortū trahens. Nãq; cerebrū vētriculo, & ventriculus cerebro, ſuas affectiones tranſmittit, idq; propter neruorū a cerebro ad os vētriculi deſcendentiū magnitudinē, per quos etiam ſenſus huic particulæ, quā vlli reliquarū corporis partium, acutior eſt.

Capitis fractura.

¶ Quocirca capitis fracturas, quū ad membranas vſq; perueniunt, bilioſus vomitus, ac interdū dolores ipſius, quomodocunq; fiant, nauſea, ſtomachiq; morſio comitatur.

Hypochōdriaca.

Hypochōdriacas vero et flatuoſas vocatas affectiones, melancholica triſtitia ſequitur, haud ſecus q̃ acutā febrem dementia, & oris ventriculi diſpoſitiones, ea quę in accidentibus ſuffuſioni ſimilatur affectio. Sic neruoſis partibus inflammatis, prōptius q̃ reliquis, deliriū ſuperuenire ſolet, idq; aſcendente ad caput interdū per continuas partes, ſolo calore, interdū vero ſpiritu vaporoſo, vel fumoſo, aut fuliginoſo.

¶ De melancholia Cap. VI.

Melancholia.

PORRO queadmodū hę paſſiones, quibus caput per conſenſum afficitur, ita illæ quoq; quę primigeniæ ipſius affectiones ſunt, non parum inter ſe differunt. Igitur craſſi humores, qui ī cerebri ſubſtantia abundant, īterdum ei vt inſtrumentali, interdū vt ſimilari nocent. In meatuū quidē obſtructione vt inſtrumētali, in tēperaturę vero alteratione, vt ſimilari. Proinde totus hic ſermo ī fine ſexti libri de vulgaribus morbis præſcriptus eſt.

Hippocrates.

» Melācholici magna ex parte comitiali morbo afficiuntur,
» & contra, morbo comitiali laborantes, efficiunt̃ me-
» lancholici. Atq; horū vtrūlibet magis accidit, prout
» vel in hanc, vel in illam partem, īfirmitas repit. ſi enī

in corpus, epileptici, ſi vero in mētē, melācholici red=duntur. Hoc ſermone primum quidem declarauit, ꝙ non ſemper, ſed magna ex parte horum affectuū al=ter in alterum tranſit. Quippe non ſolum atra bilis, verū etiam pituita morbum comitialem committit. Igitur ea quam atra bilis conſtituit, in melācholiam tranſit. quæ vero a pituita parta eſt, in aliam affectio=nem, de qua paulo poſt dicturus ſum, permutatur, melancholiam vero haudquaq̄ efficit. Altera vero Hippocratici ſermonis pars, non paruum cōtemplā=di locum deſyderat. quippe quum anima ſit aut tem=peramentum actiuarum qualitatum, aut ab ipſarum tēperatura permutetur. Bilē, quū cerebro veluti parti inſtrumentali nocet, ad cerebri corpus conuerti ait, id quod in obſtructionibus fieri conſtat. Tempaturam vero cerebro vti ſimilari nocentē, ad mentē eā repere dicit. ¶ Verū hoc quod medici dereliquerunt, defini=re imprimis, neceſſariū eſſe videtur. Nēpe vt in ma=nifeſtis corporis partibus, interdū ōnibus, eadē ap=paret tēperatura, vt in morbo regio, & elephante ſic vocato, & aqua inter cutē, & malo habitu, quę a Grę=cis cacexia dicitur. Inſup in his quæ ab hepate, atq; ſplene pendēt, colorum vicijs. Interdū vero vniꝰ dū=taxat partis, quæ videlicet aut bilioſū aut pituitoſum humorē ſuſcipit, tēperatura permutatur. Ita etiā cere bro accidit, vt nōnunq̄ vniuerſo in venis ſāguine me=lancholico effecto, ob cōmune viciū, ipſū quoq; lęda tur. Nonnunq̄ vero, reliqui corporis ſanguine prorſꝰ innocuo, ſolus is qui in cerebro contētus eſt, alterat̄. idq; bifariā fit. Aut enī aliūde in ipſū deriuat̄, aut in ipomet atra bilis genita eſt, quū videlicet iternꝰ calor aut flauā bilē, aut craſſū atrumq; ſāguinem, ſuperaſ=

Anima.

Morbꝰ re=gius.
Elephas.
Aqua iter cutem.
Cacexia.
Coloris vi=cium.

Sanguinis miſſio i melancholia.

ſauit. Atq; hæc doctrina nō paruum habet in curatione momentū. ſiquidem vbi vniuerſum corpus ſanguinem melancholicum continet, curationē a venæ ſectione incipere oportet. Vbi vero ſolum cerebrum, infirmus (quod ad hanc diſpoſitionem attinet) ſanguinis detractione nō indiget, q̄uis ob aliā quāpiam

Melācholici ſanguinis notæ.

cauſā, ſanguis mitti poſſit. Vtrū vero melancholicus ſanguis vniuerſū corpus, an ſolum cerebrū occupet, ita diſcernendū eſt. Imprimis vniuerſi corporis habitū, qualis ſit, cōſyderes veli. memineriſq;, quod molles, & candidi, & obeſi, nequaq̄ humorē habent melancholicū. Macri vero, & nigri, & hirſuti, & quibus latę ſunt venæ, aptiſſimi ſūt, vt hmōi in ipſis hūor cumuletur. fitq; īterdū vt ruſo colore hoīes, affati ī melācholicā tēperaturā decidāt. atq; poſt hos flaui, idq; maxime, quando & vigilijs, & multis laborib9, & ſolicitudine, & tenui victu fuerint educati. Quibus hæ quoq; notæ conueniunt, an hemorrhoīs aliqua reſtricta ſit, aut alia quæpiam cōſueta ſanguinis vacuatio, aut mulierū menſtrua. Inſuper quibus cibis quis fuerit vſus, vtrum ijs qui ſuapte natura melancholicum ſanguinem pariunt, an ediuerſo. Porro qui melācho-

Cibi melācholici.

licum ſanguinem efficiunt, hi fere ſunt. caprina, bubulaq; caro, magiſq; hircinę & taurinæ, ſed maxime aſinorum, camelorumq; carnes, nam & his nonnulli veſcuntur, item vulpinę, caninęq; carnes. atq; magnam in huiuſmodi ſāguinis generatiōe vim obtinet, ex lepore cibus, ſed multo magis ex apris. ac limaces q̄q; melācholicū ſāguinē pariūt, ſi frequēs ſit eorū vſ9, p̄terea oēs terrenorū aīaliū carnes ſale cōditę, aquatiliū q̄q; carnes, vt thunni, balenę, vituli marini, delphini, canis, atq; cetaceorum oīm. Ex olerib9 autē, braſſica

fere ſola, huiuſmodi ſanguinē gignere cōſueuit, quē-admodū & arborū germina, vbi vel muria, vel oxyhalme cōdiunt̄, p̄cipue lentiſci, terebithi, rubi, canirubi. Leguminū vero oīm maxime lētes, īter melācholicos cibos numerāt̄, mox panis furfuraceus, & q ex tipha, atq; viciatis ſeminibus factus eſt, quorū apđ q̄ſdā natiōes vſ⁹, loco frumēti habet̄. Verū de ijs ī prio libro de ciborū facultatibus iā dictū eſt. Prgterea vina craſſa, nigraq; aptiſſima ſunt, vt ex ipſis atra bilis fiat, p̄ſertim ſi quis abūde ipſa ingerēs, oblata occaſione in multo ſubide corpus calore cōtineat. Vet⁹ deniq; caſeus, vbi forte fortuna in corpore fuerit ſupcalefactus, facile huiuſcemodi parit humorē. Igit̄ ſi qs antea q̄ in morbū inciderit, huiuſmodi victus ratione fuerit educatus, maiorē quādā inde licet facere cōiecturā. Si vero boni ſucci cibis vſus fuerit, cōſyderare oportet, exercitationes ipſius, mœſtitiā, vigilias, ſolicitudines. Sunt etiā nōnulli qui per febriles (vt dictū eſt) morbos, melācholicum humorē cōtraxerunt. atq; ad efficaciorē notitiā, nō parū cōfert, anni tempus, ac præterita, præſenſq; cōſtitutio, itē terra, ac laborantis ętas. His itaq; oībus præmeditatis, quum ſperaueris in vniuerſi corporis venis melancholicum ſanguinē cōtineri, quo certiorē habeas notitiā, cubiti venā ſeca, prgcipueq; mediā, quę ſcilicet cōmunis eſt & ei quę humeralis nominatur, & ei quæ per axillam ad manū fertur. Q̄ſi tum fluens ſanguis non videatur melancholicus, ſtatim ſupprimatur. Si vero talis appareat, vacua quantū pro laborantis corporis habitu ſatis eſſe conieceris. ¶ Eſt præterea tertium melancholiæ genus, morbi comitialis exemplo, quū ortum a ventriculo habuerit. Solentq; medicorum ali-

Vena media.

Diocles.

qui, hanc diſpoſitionem, hypochõdriacũ, flatuoſũq; morbũ nominare. Verũ ſatis mihi fuerit, ea accidentia percurrere, quæ a Diocle perſcripta ſunt, in libro cui titulus eſt, affectio, cauſa, curatio, in quo Diocles ad verbum ita ſcripſit. Porro alius oritur a vẽtriculo morbus, qui ſupra propoſitis non diſſimilis eſt, nominaturq; ab alijs melancholicus, ab alijs flatuoſus. quem ſumpto cibo, maxime coctu difficili, & cauſtico, ſputum humidum, idemq; multũ comitatur. item ructus acidus, flatus, æſtus, in prȩcordijs inundatio, non ilico. ſed quum retinuerint, interdum ventriculi quoq; vehementes dolores, qui nõnullis ad dorſum vſq; procedunt, concoctis deinde cibis quieſcũt, mox alijs ingeſtis, eadem rurſus reuertuntur accidentia, q̃ interdum ieiunos, interdũ etiam a cæna moleſtant, atq; euomunt crudos cibos, & pituitam, vel ſubamarã, vel calidã, vel aridã, adeo vt nõnunq̃ dentes torpedine afficiantur. Atq; horũ plurima ab ineũte ſtatim ætate eueniunt. Vtcunq; tamen acciderint, omnibus protelantur. His præſcriptis, Diocles mox cauſam ſubiungens, ita ſcribit. Cæterum flatuoſas vocatas, ſuſpicandum eſt, plus caloris quam decet, habere in his venis, quȩ alimentum a ventriculo excipiunt, ſanguinemq; in ipſis craſſiorem factum. quippe conſtat has venas eſſe obſtructas, vel hoc argumento, quod alimentum corpori non diſtribuitur, ſed in vẽtriculo manet, quod antea in ſanguinem mutari ſolitum erat, quum a meatibus ipſis ſuſciperetur, magnaq; ipſius pars, in imum ventrem excerneretur, ac poſtero quoq; die, vomitu eijcitur, vtpote nõ digeſtis per corpus cibis. Sed ꝙ calor id quod ſecundum naturam eſt excedat, facillime intelliges, tum ab æſtu,

" qui ipſis accidit, tum ab his quæ ingeruntur, ſiquidē
" iuuari vidētur a refrigerantibus cibis, qui videlicet ca
" lorem refrigerare, extinguereq; ſolent. Deinde alia
" quoq; Diocles iam propoſitis in hoc ſermone addi-
" dit. Aiunt autem nonnulli, os ventriculi quod inteſti
" nis continuatur, in huiuſcemodi paſſionibus inflam
" mari, ac ob inflãmationē ipſam et obſtrui & prohi-
" bere, ne alimenta longo temporis tractu ad inteſtinū
" deſcendant, quãobrem diutius q̃ decet, in ventriculo
" manentia, & tumores & ęſtus, atq; reliqua quę præ-
" dicta ſunt efficiunt. Hęc ſunt quæ Diocles quidē lite-
ris prodidit, verum inter enumerãdum præcipua to-
tius concurſus accidentia, ſilentio præterijt, quę vide-
licet & melancholiam, & flatuoſam, hypochondria-
camq; affectionem, tanquam charactere quodã de-
ſignant. atqui omiſit (vt puto) huiuſcemodi acciden-
tia, eo ꝙ ex morbi ipſius nomine manifeſte declaran-
" tur. Etenim ab Hippocrate didicim⁹. Si met⁹ & mœ Hippocrates.
" ſtitia lōgo tēpore tenēt, melancholicus eſt huiuſmodi
affect⁹. Verū haud abſurda q̃ſtio eſt, quare Diocles
quū cauſas magnorū accidētiū redderet, quã ob cau-
ſã mens lędatur, nō ſcripſit? ſiue eni venarū, quę ven-
triculo contiguę ſunt, calor exuperat, ſiue partes quæ
iuxta portam ſunt (Gręci pyloron vocant) inflamma
tione laborant, quid cauſę ſit, cur melãcholica comi-
tentur accidentia, derelictum eſt. Etenim quod ven-
ter flatuoſo ſpiritu impleatur, ac deinde eructando
ipſum leuetur, ac pręter ea quæ dicta ſunt vomitione
quoq; iuuetur, vel nihil dicente Diocle, manifeſtum
eſt. Sane propria melancholię accidentia, ſimul cum
dicta ventriculi diſpoſitione ſcribere, haud ita facile
ei videbatur. Id itaq; addere, ac ſimul qualis ſit in hu-

iuſcemodi affectibus, ventriculi diſpoſitio, manifeſta interpretatione enarrare aggrediamur. Atq; videtur quidem in ipſo inflãmatio eſſe. Sanguis autẽ in parte inflammata contentus, & craſſior, & atræ bili magis conformis, Itaq; quemadmodũ elata ex ventriculo, ad oculos, fuliginoſa quadã, aut fumoſa diſpoſitiõe, aut craſſis quoq; vaporibus, ſimilia vt in ſuffuſione accidentia contingunt, eadem ratione ſublata ad cerebrum ab atra bile euaporatione. melancholica euenient in mente accidentia. Etenim q̃ frequentiſſime videmus, flaua in ventriculo bile contenta, caput dolore affici, mox ea per vomitũ eiecta, ilico dolor mitigatur. Atq; huiuſmodi dolorum genera, mordendo, exedendoq; infeſtant, quẽadmodum alia grauitate, alia tenſione, alia ſopore moleſtare vidẽtur. Atq; inter optimos medicos conuenit, non ſolum hæc accidentia, verum etiam morbum comitialem, capiti a vẽtriculo procedere. Igitur vt melãcholicos, timor nũq̃ deſerit, ita præter naturam eis viſa, non ſemper eodẽ genere continentur. ¶ Siquidem ali⁹ teſtã ſe factum putauit, atq; idcirco obuiantibus cedebat, ne collideretur. ¶ Alter gallos cantare audiens, vt hi alarum, ſic ille brachiorũ plauſu latera quatiẽs, aiantiũ ſonũ imitatus eſt. ¶ Fuit itẽ alter timẽs ne atlas, qui mundũ ſuſtinere dicitur, grauatus ſub tanto onere, ipſũ a ſe excuteret, atq; ipſe cum illo collideretur, ac nos quoq; cum ipſo periremus. ¶ Sunt alia huiuſmodi infinita eorum viſa. differunt autem inter ſe melancholici. Nam omnes timent, mœrent, vitam damnant, odio habent homines, ſed non omnes mori cupiunt, Etenim hoc ipſũ nonnullis melancholiæ caput eſt, ꝙ mortem pertimeſcunt. Quoſdam etiam alieno admo

Melãcholicorũ variæ imagines.

dum, atq; extraneo videbis animo, vtpote qui ſimul & mortem metuant, & tamen mortẽ ſibi conſciſcant. Proide recte videtur Hippocrates omnia ipſoꝝ accidentia in duo hæc coegiſſe, metũ & mœſtitiã. Mœſtitia nimirũ eos inducit, vt odio proſequantur õnes quotquot viderint, nunquam nõ triſtitiam prę ſe ferentes, ac terrẽtur, vt in tenebris pueri, atq; ex adultis ĩdocti. Sane quemadmodũ externę tenebrę omnibus fere hominibus pauorem inducunt, niſi vel audaces admodum vel edocti fuerint, ſic atræ bilis color, mentis ſedem tenebris ſimilem reddens, timorẽ efficit. Etenĩ ſũmis tũ medicis tũ philoſophis, in cõfeſſo eſt, & humores, & omnino corporis temperaturã, animæ actiones variare poſſe. id quod nos quoq; vnico cõmentario docuimus, quo demõſtratum eſt, quod animæ potẽtiæ, corporis tẽperaturã ſequũtur. Quocirca humorũ vim ignorãtes, in quorũ numero & Eraſiſtrat⁹ eſt, ne ſcribere qdẽ de melãcholia qcq̃ auſi ſunt. Neq; indignũ eſt admirari, tũ cõmunes hominum ſẽtentias, tum plurima quoq; dogmata, quę & philoſophi, & medici, per ignorãtiã prętererũt. Igitur ab omnibus, affectus ipſe melãcholia vocitatur, indicante noĩe humorẽ qui ipſi⁹ cauſa eſt, quũq; circa ventriculum prima inceperint accidentia, ĩpiſq; auctis melancholica ſequatur affectio, deinde alui deiectione, & vomitu, & proba concoctione, ructibuſq; leuetur is qui laborat, hypochondriacum, flatuoſumq; morbum, ipſum nominabim⁹. Accidentia vero ipſius dicemus, & mœſtitiã, & metum. Quum autem propria melancholiæ accidentia, auctiora videntur, circa ventriculũ vero, aut nulla, aut parua admodum ſunt, haud ab re exiſtimaueris primitiuã in

Hippocrates.

Eraſiſtrat⁹

cerebro affectionem conſiſtere, ob atrã bilem in ipſo congeſtam. Cæterum quibus ſignis diſcernatur, vtrũ in ſolo cerebro, an in vniuerſo corpore huiuſcemodi humor contineatur, paulo ante dictum eſt. Interim monendi ſunt michi amici, qui me curãtem viderũt, ne obliuiſcantur frequẽtibus balneis, victuq; humido, boniq; ſucci, nullo alio adhibito pręſidio, huiuſmodi me morbũ curaſſe. vbi nondum in longum tẽpus eſſet protractus, neq; nocuus humor multũ vacuationi reſiſteret, quum enim diuturnus iam factus eſt morb9, fortiora prædictis oportet adhibere remedia. fit autem melancholicę ſpecies, affecto prius calidis diſpoſitionib9 cerebro, aut æſtuatione, aut inflãmatione, aut phrenitide quoq; ipſum afficiente, iterdum a ſolicitudine, mœſtitia, vigilijs. verũ ſatis fuerit hęc de melancholia dixiſſe.

¶ De morbo comitiali Cap. VII.

Morbus comitialis.

AT q; de morbo comitiali deiceps dicẽdum eſt, quandoquidẽ hic quoq; iterdũ ipſomet affecto, interdũ alijs cõſentiente cerebro, euenire ſolet. vt eni tria melãcholiæ genera, ita hũc quoq; morbũ, tribus contentũ differẽtijs, omnes fere medici definire neglexerũt. Verũ oĩbus cõmune eſt, ꝙ cerebrum afficitur, vel conſiſtente in ipſo affectu, id quod pluribus epilepticis accidit, aut a ventriculi ore (qđ ſtomachum vocare ſolent medici) ad cerebrũ per conſenſũ aſcendente. Atq; hoc gen9 ꝓportione reſpondet accidentibus quę oculis a ſtomacho adueniũt, veluti in ſuffuſionib9. Fit etiã, ſed raro, tertium morbi comitialis genus. Nec refert vtrum genus, an differentiam nominaueris, cũ a parte aliqua

cui id forte fortuna accidit incipit affectus, qui deinde ſentiente ęgro ad cerebrum vſq; aſcēdit. Hoc gen⁹ primū vidi in puero, qui tertiūdecimū ætatis annum agebat, quū equidem adoleſcēs etiādum, cū optimis eius tēpeſtatis medicis cōueniſſem, ad idoneā ipſius curationē inueniendam, audiui tum narrante puero, diſpoſitionē ipam a crure initiū capere, mox illinc recta aſcendere per femur, & imminentes illi lūbos, ac per latera ad ceruicem, donec ad cerebrum perueniret, quod quū primū tangeret, ipſum haudquaq̄ ſibi conſtare. Interrogātibus autē medicis, quale eſſet id quod ferebatꝛ ad caput, nihil habuit puer qđ reſpōderet. Alius deinde aduleſcēs compos mentis (quippe qui ſatis poterat, & ſentire quod fiebat, & alteri enarrare) dicebat veluti frigidā quandā auram eſſe, id qđ aſcendebat. Vnde ex duobus alterum Pelopi pręceptori placuit, aut quod qualitas quędā, alteratis per continuationē partibus, aut ſpiritalis quędā ſubſtantia tranſmitteretꝛ. neq; mirandū eſſe dicebat, tam validam vim eſſe humori, qui in affecta parte pręter naturā genit⁹ fuiſſet, vt pernicioſarū ferarū venenis poſſit cōparari. Quis eni crederet vel ſcorpionū, vel phalangiorum ictibus totū corpus tanta ac tam enormi mutatione affici? niſi ſæpenūero id accidere videret, pręſertim minimā quandā rem feris in ipſum demittētibus. Quū itaq; phalāgiū aliquē momordit, q̄uis paruū ſit animal, exiſtimare tamen debemus, venenum ex ipſius ore in ictum corpus deſcendiſſe. Porro marinę turturis, quēadmodū et terreni ſcorpionis aculeus, in partē extremā acutiſſimā illam quidē finitur, vbi nullum foramē eſt, per quod venenū deijci poſſit, neceſſe tamen eſt, vt excogitemus, ſubſtantiā

Pelops p̄ceptor.

Phalangiū

Turtur.

quandã eſſe, aut ſpiritalẽ, aut fluidam, quæ vt mole minima, ita facultate quãmaxima eſt. Etenĩ quũ nu-
Scorpio. per ictus quidã eſſet a ſcorpione, videor mihi videre (iquit) quod grãdine pcuſſus ſim, qui ſubĩde oĩno infrigidatus eſt, ſudore etiã frigido accedẽte, ſed tandẽ debitis adhibitis remedijs, nõ ſine negocio ſeruatus
Pelops. eſt. Itaqꝫ Pelops, nõ impoſſibile eſt (inquit) in corpore ſimilẽ aliquã eſſentiam generari, nõ accedẽte cauſa extranea, quę vbi neruoſam aliquã partẽ occupauerit, per continuas partes, vſqꝫ ad neruorũ principiũ, vim ſuam tranſmittit, ſiue id per alterationẽ, vt ipẽ dicebat, fiat, ſiue ſpiritali eſſentia, veluti aura, ad ipſum elata. Sępenumero enĩ infigente aculeũ ſcorpione, aut in neruũ, aut venam, aut arteriã, manifeſte videmus percuſſos, vehemẽtiſſimis infeſtari accidẽtibus. Atqui ſcorpionis aculeus, totã cutem penetrãdo, ad
Phalangiũ pfundũ vſqꝫ poteſt puenire. Phalangiorũ vero paruorum ictus ſolam afficit ſupficiẽ, vnde cõſtat, interdum a ſola cute, veneni vim ad totũ corpus deferri, quippe tota cutis & continua eſt, & neruoſa. proinde haudquaq̃ ipoſſibile eſt, quũ ex icta parte, per totã ipſam celeriter diſtributa fuerit veneni vis, eam inde eodem rurſus cõtactu, in ſingulas ſubiectarũ ei partium recipi, mox ex illis in alias continuas, atqꝫ iterũ ex his, quę afficiũtur, in alias, quũqꝫ ad dominantiũ partiũ aliquam peruenerit, tum mortis periculũ homini inſtare. Ad hanc rem in primis cõferunt vincula ſuperioribus partibus iniecta, ab ijs enĩ pręſenta-
Vipera. Scorpio. Aſpis. neũ pręſidiũ expectat̃, id quod in viperarũ, ſcorpionũqꝫ ictibus, item aſpidũ quoqꝫ, quod ppter iminẽs ſubitariæ mortis periculũ, magis incredibile eſt, expertus ſum. Etenim quũ Alexandrię eſſem, ruſticus

quidam non longe ab vrbe, in vno manus digitorũ, draconis ictu percuſſus, eius radicem apud palmam validiſſimo vinculo ligauit, accurrenſq; in vrbẽ, ad familiarẽ ſibi medicũ, totũ digitum ab ipſa diſpoſitiõe ad palmã vſq; abſcindendũ prębuit, ſperans inde nihil ſe mali paſſurũ. Neq; fruſtratus eſt ſua ſpe, quippe nihil aliud faciẽs, ſaluus euaſit. ¶ Similiter alium noui, qui epoto ex viperis medicamẽto, reciſſo prius digito, a periculo liberatus eſt. ¶ Vidi pręterea ruſticum, cuius totum digitum vipera momorderat, qui falce quã tunc forte habebat (erat enim agricola) ab vltimo articulo ictam partem reſecans, deinde inducta in digito cicatrice, nullo ſumpto medicamine, ſanatus eſt. ¶ Sed puerum quoq;, cuius morbus comitialis a crure oriri cõſueuerat, medici qui tunc ad curationem eius conuenerant, ſanare ſperabant, ſi in primis vacuato vniuerſo corpore, medicamen ex tapſia, aut ſinapi parti adhiberent. Ligato in medio membro, ſupra eam videlicet partem, quæ primaria diſpoſitione erat affecta, atq; hoc pacto, acceſſionẽ reuerti prohibuerunt, quãuis antea quotidie puerũ infeſtare cõſueuiſſet. Verũ hęc obiter, atq; ex abũdãtia dicta ſint, ne quis miretur, quo pacto, ab ignobili aliqua parte, tantus morbus ortum contrahere poſſit. ¶ Supereſt autem cauſam veſtigare quamobrem in huiuſmodi per conſenſum affectionibus, epilepticę fiant conuulſiones. Nam ne Pelops quidẽ, vllam ad hanc rem attulit probabilem perſuaſionem. Neq; etiã alius quiſquã, cum quo nobis aliqua fuerit conſuetudo. Mihi vero per huiuſmodi conſenſum, videnti aliquando laborantem, ſine vehementi conuulſione concidere, ſimul quod per interualla, bre-

Draco. Tapſia. Pelops

uibus quibuſdam motibus quateretur. Probabile
Singultus. viſum eſt, vt quemadmodum frequentiſſime ſingultum fieri cernimus, affecto ſtomacho, ita hanc quoq; diſpoſitionẽ euenire. Eteni meipſum quoq; ſingultus ſubinde inuadere ſolet, ſi piperis aliquando immodicam quantitatem ingeſſero. Id quod alijs quibuſdam
Stomach9. non paucis, quibus ſcilicet facilis erat oris ſtomachi ſenſus, accidiſſe meminimus. Atqui iam ſupra memoratũ eſt, id nõ ſolum medicis, verũ etiam vniuerſis hominibus ſtomachũ appellari. Itaq; quũ cecidiſſent, qui non ex propria cerebri affectione, ſed per cõ ſenſũ comitiali morbo laborabant, eos citra perpetuam cõuulſionẽ veluti ſaliendo, per interualla cõcuti videbã. Proĩde exiſtimaui, ſimilẽ aliquẽ cerebro motum euenire, qualis ſtomacho iterdum, a re quapiã moleſtato accidere ſolet. quippe quũ a ciborum mole grauatur, aut vbi corruptis cibis mordicus infeſtač, tum ſingultu affici conſpicitur. Atq; acrẽ quoq; humorem, non ſingultu modo, verũ etiã cõuulſionẽ per vniuerſum corpus efficere ſępenumero cõſyderam9. deĩde vomitu eiecto eo, quod mordicabat, ilico quieſcere. Quo minus mirandũ eſt, ſi neruorũ principiũ, huiuſcemodi motu cõcutiač, vt a ſe expellat, quicqd fuerit id, quod a parte primo affecta ad ipſum effertur. Ad hũc modũ reliqua quoq; accidentia omnia, quibus nerui cõcutiunč, fieri putauerim. vbi vero deperdito ſenſu, quis cõciderit, nõ accidente motu, quo vel cõuelli, vel ſalire videač, id a vehemẽti frigore ortũ
Letharg9. trahere cenſeo, quo in genere lethargus quoq; conti-
Apoplexia netur. Apoplexię autem, quod ſubito euenit, aut frigidũ, aut craſſum, aut viſcidũ quidpiã, quod principes cerebri ventriculos affatim implet, non totius

eſſentiæ diſtemperantiā, cauſam eſſe manifeſtū eſt. veluti etiā lethargi, phrenitidis, maniæ, melācholiæ, ſtultitiæ, amiſſę memoriæ, ſenſuū hebetationis, reſo=luti motus. In oībus his affectibus, in quorū numero apoplexia quoq; cōtinetur, periculi magnitudinem ex anhelitus nocumento cōijcere oportet. Sane quē=admodū dormientes ſpirant, q̄uis nulla alia accedēte actione, quæ a cōſilio prodeat, vtpote qui ſupini ia=cent in cubili, ita in ſoporoſis affectibus oībus, quāq̄ neq; ſentiat corpus, neq; moueatur, tamen ſola ſpira tio, quę muſculorū pectus mouentiū munus eſt, ſal=uatur. cuius rei firmā, ac demōſtratiua lege ſtabilitā, habemus ſcientiā. quēadmodū quod muſculis etiam omnibus, motus principiū ab innatis ipſis neruis ac=cedit. Atqui ex anatomice didicimus, neruos omnes a cerebro primariū ſumere initiū. Neq; ſimpliciter iī=tiū, ſed primariū dixi, id quod ſpinalis medullę gra=tia, orationi adieci. Quāuis enī permulti ex ea nerui prodire videantur, vim tamen omnē quā habet, cere=brum ipſi ſuppetit. Quū itaq; ſpirationē vehemēter impeditam, difficulterq; procedentem videris, non paruam in cerebro morbidā diſpoſitionē eſſe, conij=cere debes, id que in ſoporiferis morbis, quos nimi=rum omnes in cerebro fieri manifeſtū eſt.

¶ De vertiginoſis. Cap. VIII.

AFfectus autē qui ſcotomatic⁹ (id eſt ver=tiginoſus) vocatus eſt, ex ipſa appella=tione, qualis ſit, manifeſtatur. quippe a parua occaſione hebetantur, hi qui ſic laborant, adeo vt interdū cadant, ma=xime ſi aliquando in circum rotentur. ſiquidem ipſis ab vna rotatione euenit, id quod cęte= Vertigo. Scotoma.

ris, a pluribus accidere ſolet. proinde hebeſcunt, ſiue aliū quēpiam, ſiue rotā, aut id genus aliud quidpiā, aut ipos quoq; in aquis vortices, circūagi viderint. Id vero maxime, quū vel ſub ſole ęſtuauerint, vel aliā ob cauſam calefacto fuerit capite. Nam quod alijs. quū in circo frequenter vertūtur, accidit, hoc ipis citra circuitionē euenire videmus. Atqui vbi quis crebro vertitur, inæqualē, & turbulentū, & inordinatū motū, tum humorū, tū ſpiritus, in eo fieri in cōfeſſo eſt. Rationi igitur cōſonū eſt, huiuſmodi accidētia, vertigine affectis, itidem euenire. Quāobrem nōnulli horū, ab arteriarū ſectione p̄ſidiū petierūt, arterias pone aures ad tātā ſcilicet altitudinē ſecātes, vt iter duas ptes cicatrix induceret. Sed cōſtat nō oēs huius auxilij beneficio fuiſſe curatos. Eteni alię arterię ijs maiores, ad cerebri ſuſtentamentū, per retiformē vocatā mēbranā, aſcendūt. per quas huiuſmodi affectionē fieri rationi cōſentaneū eſt, elato p ipſas vaporoſo, calidoq; ſpiritu, atq; iplente cerebrū. Atq; fieri etiā poteſt, vt inæqualis cerebri intēperatura, huiuſmodi ſpiritū pducat. Igit hāc affectionē ad cerebrū ptinere, ex ipſo vertiginoſorū ſenſu, manifeſtū eſt. Oritur vero interdū cerebro, primogenio affectu laborāte, interdū vero, quum ori ventriculi cōſentit, id quod Archigenes quoq; fatet, qui libro primo de longarū affectionū notitia ita ſcribit. Porro ea bifariā orit, aut eni in ipo capite, aut in his ptibus quę circa p̄cordia ſunt. Mox genera eius diſtinguere aggredit. Nā vbi ex primaria cerebri affectione, vertigo dependet, auriū ſonos, & capitis dolorē, grauitateq; pręcedere dicit, item olfactus, atq; alterius cuiuſq; ſenſus inde prodeuntis, oblęſionem, eos ſenſus (vt equidem puto) ſignificare vo

Archigenes.

lens, qui a capite initiũ ſumunt. Vbi vero ab ore ven-
triculi oritur, cordis morſionem, nauſeãq; pręſentiri.
Verũ, vt iam antea ſæpenumero monuimus, licet ca
put per alterius partis cõſenſum afficiatur, affectio
tamen nihilominus ipſi aſcribenda eſt.

¶ De cephalęa & hemicrania. Cap. IX.

AT q; de ea quoq; q̃ cephalęa a medicis nomiãt, nemo dubitauerit, qui cerebri ſit morbus. Eſt eni (vt breuiter quis di- Cephalæa.
xerit) affectus hic, dolor diuturnus, dif
ficulterq; ſolubilis, qui a parua occaſio
ne vehemẽtes habet acceſſiões, vt neq;
ſtrepitũ, neq; vocẽ, neq; luminis ſplendorẽ, neq; mo-
tum tolerare poſſit infirmus, ſed tranquillitatẽ, ob-
ſcurũq; cubiculũ quęrat, idq; ob doloris vehementiã.
quippe nonnulli veluti maleo, ſe percuti arbitrantur.
alij caput frangi, diſtendiq; ſentiũt. Non paucis ad o-
culorũ quoq; radices dolor extenditur. Verũ huiuſ-
modi acceſſiões, veluti ĩ morbo comitiali, ĩtermiſſio-
nes habẽt, ĩterceditq; tẽpus, quo ꝑfecte liberati videã-
tur. Igĩt cõſtat, huic morbo capitis, facilẽ affectionẽ,
cũ cephalalgia (id eſt capitis dolore) eſſe cõem. verũ ꝑ Cephalalgia.
cephalęã, affectę ꝑtes, multo reddũt, quã ĩ cephalal-
gia, debiliores. Cęterũ ĩter capitis dolores, nõnihil di
ſcriminis ĩueniũt. nã ſũt nõnulli, quib⁹ caput aptiſſimũ
eſt, vt ĩpleat, ac vniuerſi quoq; corꝑis habit⁹, ad ĩpm
ĩplendũ, admodũ idoneus. Alij ĩſuꝑ oẽs hmõi ꝑtes
aptas habent, vt afficiãt. Quibus, vbi vicioſo victu
vtũtur, accidit vt cephalęa arripiãt. Quo minus mi
randũ eſt, ſi horũ alijs, mẽbranæ cerebrũ cõtinentes,
dolore afficiãt, alijs pericraniũ, id eſt exterior calua
riæ mẽbrana. Diſcrimẽ autẽ ab oculorũ radicibus ſu-

mitur, cõſyderando vtrũ veniat ad eas malũ, necne. ſiquidẽ cõſentaneũ eſt, vt quibus intra caluariã diſpoſitio eſt, iJs ad oculorũ vſq; fundamenta, dolor extẽdatur, eo quod & a cerebro, & ab vtraq; membrana, atq; a vaſis quæ ĩ ipſis cõtinẽtur, veluti germina quædam deducũtur. ¶ Nam eorũ quoq; quibus media capitis pars dolore infeſtatur (ſolẽt autẽ vocari hemicranici) aliJ extra caluariã, aliJ in capitis intimis partibus dolorẽ ſentiũt. At vero dextrã capitis partem, a ſiniſtra diſtinguit ſutura per longitudinẽ ipſius protracta, ſub qua ĩtra capitis oſſa, linea mediũ cerebrũ diuidens, protenditur, ad quã etiã peruenit, anteriorum duorũ ventriculorũ ſeptũ. Porro ea corpora, ſuapte natura, idonea ſunt, vt ipſis caput impleatur, in quib⁹ vaporoſus, calidusq; ſpiritus generat̃, aut quibus bilioſa excrementa cumulãtur, in ore ventriculi. Atqui ſpiritus, dolores inducũt tenſiuos, qui idcirco ſic vocati ſunt, quod extẽſionis ſenſũ inducũt. Bilioſa excrementa, dolore mordaci afficiũt. Dolores a plenitudine ꝓcedentes, grauitatis ſenſum afferunt. quibus ſi rubor accedat, atq; calor, calidos, ſed ſine iJs, nõ calidos humores ſignificãt. Sunt quibus caput aſſidue dolet, vbi vel liberalius vinũ ingeſſerit, vel meracius, idq; magis, ſi ſuapte natura calidũ fuerit. Prȩterea calidi odores oẽs, vt ſtyracis, aut cypheos, atq; in totum odorata omnia, capitis dolorẽ pariũt, adeo vt nõnulli, ne thuris quidẽ odorẽ ferre poſſint. Neq; vero abſurdũ eſt, vt quoſdã ob ſenſus exuperantiã, dolor infeſtet, quẽadmodũ in ore ſtomachi accidit. Sunt eni nõnulli in quibus id tã exacte ſentit, vt neq; acre acetũ, neq; ſinapi, neq; aliud huiuſmodi ferat. AliJ vero cõtra, ipm pene inſenſibile habẽt. quippe

Hemicrania.

videntur aliqui vel ructare vel vomere quędam vſqꝫ adeo vicioſa qualitate infecta, vt nos ne odorē quidē ſuſtinere poſſimus, quū tamen ipſi interea nihil fere ſentiant. Nihil igit̃ ꝓhibet quo minus in hominū cerebro ſimiles notentur differentię, vt eoſdem odores aliqui impune ſuſtineant perinde ac ſi oīno ab ipſis diſtarēt, alij eos ſine moleſtia ferre nō poſſint. Igitur quod oēs huiuſmodi affectiones ad cerebrū pertineant, iam manifeſtū eſſe videtur.

¶ De apoplexia, neruorum reſolutione, et conuulſione. Cap. X.

SIc etiā neruorū reſolutio, et per vniuerſum corpus eorū cōuulſio, in quo genere neruorū etiā rigor (gręci tetanon vocant) cōtinet̃. Itaqꝫ ſi aliquādo ꝑ totū corpus, neruorū actio vicioſa redditur, ipſorū pricipiū affectū eſſe cōſtat. id vero ex ſola anatomice dinoſci poteſt. Quum igit̃ oēs pariter nerui, tū ſentiendi, tū mouendi, vim amiſerint. apoplexia huiuſmodi affectio appellatur. Vbi vero alteri laterū, aut dextro, aut ſiniſtro, id accidit, reſolutio noīatur, eius ſcilicet partis, in qua cōſiſtit affectus, interdū dextrę, interdū ſiniſtrę. Quod ſi ī aliquo mēbrorū idē euenerit, eiuſdē mēbri reſolutio eſſe dicet̃. Nam & tota manus & totū crus interdū reſoluit̃, atqꝫ ſolus in crure pes, & quæ ſub genu ſunt. Sic etiā de tota manu ſimiliter ex ꝓportiōe dicendū eſt. Cęterū ex anatomice didicimus, quod oēs animātis ꝑtes ſub ceruice poſitę, q̄ a cōſilio & volūtatis īperio moueri poſſunt neruos habēt qui eas moueāt, ꝓcedentes ex ſpinali vocata medulla. Atqui ſępenumero audiſtis eā ſpinalē vocari medullā, addita ſcilicet me-

Apoplexia
Paralyſis.
Reſolutio neruorū.

Spinalis medulla.

dullę appellatione, interdũ vero ſine additiõe ſimpliciter ſpinã nũcupari. Vidiſtis etiã in corpis diſſectione, neruos qui pectus mouẽt, ex ea ſpinę pte, q̃ in ceruice eſt, ortũ deducere. ipa ṽo ex trãſuerſo icíſa, ſi tota fuerit diſſecta, oẽs q̃ ſub ipa ſũt corpis ptes, ſenſu, motuq; priuari. vtpote ſuſcipiẽte ſpina a cerebro, vim tũ ſentiẽdi, tũ mouẽdi pro arbitrio. Pręterea ĩ anatomice vidiſtis, vbi p trãſuerſas ſpinę icíſiones, ad mediũ vſq;, ſecundũ longitudinẽ ſecaret, nõ oẽs ſuppoſitas corpis partes, ſed eas dũtaxat, q̃ e regione ſectionis erãt, reſolutas, dextras quidẽ dextra ſpinę pte diſſecta, ſiniſtras vero, vbi reliqua pars eſſet icíſa. Itaq; manifeſtũ eſt, quod circa primũ ſpinę pceſſum, facta aliqua diſpoſitione, p quã cerebri facultas, quo minꝰ ad ipſã pueniat, phibet, oĩa iferiora mẽbra, dẽpta facie, ſenſu motuq; priuabũt. vbi vero media eius pceſſus pars fuerit affecta, nõ oẽs iferiores ptes reſoluentur, ſed vel ſiniſtræ dũtaxat, vel dextræ. Videnť autẽ huiuſmodi reſolutionũ aliq̃, faciẽ quoq; ifeſtare. ſed tũ reſolutũ latus ad alterã faciei partẽ trahiť. Quũq; ex anatomice didiceritis, neruos qui per faciei ptes ſparſi ſunt, a cerebro demitti, ſi earũ aliqua, ſimul cũ toto corpe reſoluta eſt, haudq̃q̃ vos latere debet, reſolutiõis diſpoſitionẽ, ĩ ipo cerebro cõſiſtere. vbi vero illęſæ pmanſerit, ſpinę initiũ affici ſciendũ eſt. Accidit vero nõnullis vt faciei ptes dũtaxat afficiãtur, queadmodũ & reliquarũ quoq; partiũ interdũ aliquę, vt lĩgua, oculus, mãdibula, labrũ. Eteni nõ oĩbus, ab vno loco pricipiũ influit, vtpote q̃ ex diuerſis cerebri ptibus neruos ſuſcipiũt. Id quod ĩ anatomice haud obſcure cõſpiciť. Igiť apoplexia oĩbus aĩalibus actionibus noxã iferens, cerebrũ affectũ eſſe manifeſte de-

Apoplexia.

clarat. Diſcernit autē affectionis magnitudo ex noxę quā ſpirationi infert vehemētia, quū enī naturalē ordinē plurimū egredit, magnā. quū vero paulū īpedimēti eſt, paruā in cerebro noxā eſſe cōijcere oportet. Omniū enī peſſima ſpiratio putāda eſt, quę & intermittit, & magna cū violētia trahit. Quippe vt mori cōtingit apopleticos, ob id quod ſpirare nō poſſunt, ſic homo qui corpis ptes mouere nequit, ad vitę functiōes cenſet iutilis, q̄uis huic ſubitę mortis periculū haudq̄q̄ imineat. Sane vidim⁹ quēdā, qui reliqs ptibus oibus reſolutis, nullā, quę ad faciei ptes ptineret, actionē admiſit, ſeruata etiā ſpiratiōe. quomō eni viuere potuiſſet ipa magna ex pte depdita? In quo aſfici putauimus illā ſpinę partē, quę paulo iferior eſt, proceſſu neruorū ad ſeptū trāſuerſum tendētiū, qui etiā & vrinā, et alui ſedimina, ipm p̄ter volūtatis iperiū emiſiſſe manifeſtū eſt. Inſup vidim⁹ aliū, cui propter caſū oēs inferiores ptes dēptis manibus, reſolutę ſunt. Sic etiā vbi vniuerſæ corpis partes, quæ ſub facie cōſtitutę ſunt, reſoluūtur faciei partibus illęſis, affectionem in ſpinę initio eſſe certum eſt. Atq; eadem quoq; ratione, ſi toti corpori connulſio acciderit, eundem ſpinæ locum, affectum eſſe declarat. faciei partibus omnino ſeruatis illęſis. Quod ſi hę quoq; afficiantur, cerebro noxam iam illatam eſſe oſtenditur. Vbi vero pars aliqua conuulſa eſt, neruum qui eius motioni deputatus eſt, aut muſculum affici neceſſe eſt. Igitur ſi ex anatomice neruorum ad ſingulas partes venientium, principia didiceris, perquam facile earum & ſenſum, & motum deperditum, curabis. Verum hæc indeterminata relicta ſunt & Erophilo & Eudemo qui primi poſt Hippocratem ner-

Apoplexiæ magnitudo

Erophilus. Eudemus. Hippocrates.

uorũ anatomicẽ accurate ſcribẽtes, nõ mediocrẽ medicis dubitãdi occaſionẽ prębuerũt. Quo pacto per neruorũ reſolutionẽ, iterdũ ſenſus dũtaxat, interdũ motus, nõnũq̃ ambo ſimul pereãt. Itaq; neruorũ reſolutio potiſſimũ dicitur vbi motus dep̄ditus eſt. Vbi vero partiũ aliquarũ ſenſus perit, eam partẽ ſenſus exp̄tẽ eſſe, reſolutã vero haudquaq̃ dicere cõſueuimus. quãquam ſunt nõnulli, qui hanc affectionem, ſenſus reſolutionem vocitant. Nos vero ſemper iubemus, vt cuiq; noibus pro arbitrio vti liceat. etenĩ hoc nobis eſto propoſitũ, vt affectã ſcilicet ſedẽ, ſimulq; diſpoſitionẽ eius ĩueniam⁹. Niſi enĩ hęc accurate cognouerimus, nequaq̃ eas partes, quibus vel ſenſus vel motus viciatus eſt, recte curabimus. Sane Pauſanias ſyrus ſophiſta, quum Romã aliquãdo veniſſet, ſecundum duos minores ſiniſtrę man⁹ digitos, atq; medij partem mediã, ſenſum in primis quidem difficilem habebat, poſtea male vero curãtib⁹ medicis, ſenſum omnino amiſit. Quibus equidẽ cognitis, omnia antecedẽtia ĩueſtigaui, atq; ipſum, quũ per viam duceretur, vehiculo excidiſſe, atq; in dorſi initio lęſũ, mox p̄ti lęſe remedia adhibita, deĩde auctũ ĩ digitis ſenſus viciũ, audiui. Igit̃ remedia q̃ illi digitis adaptauerãt, lęſe p̄ti adhibere iuſſi, atq; ſic vir ille celeriter ſanitati reſtitut⁹ eſt. Eteni id qđ in primis ſcire oportet, qđ videlicet nerui p̄ vniuerſę man⁹ cutẽ diſp̄ſi, quibus ſentiẽdi ad ipſã facultas defert̃, p̄prias quaſdã habeãt radices, quodq; nerui muſcłos mouẽtes, ab ijs differãt, medici ignorãt. Verũ latius quã p̄poſueram⁹, iã noſtra expatiata eſt oratio, proide quieſcere eam decet. quippe hoc erat noſtra intentio, vt hoc cõmentario omnes affectiones, quę caput, maxime vero cerebrũ

Neruorũ reſolutio.

Paralyſis.

Pauſanias.

ifeſtare cōſueuerūt,iuenireꝰ. At quia ab ipo,nerui originem ducūt, per cōſequētiā, ad neruorū vſqꝫ affectiōes, ſermo peruenit,cui etiā finē imponēdo, paſſiones quę reliquis a capite partibus accidere ſolent, ſcribere aggrediamur,ſi prius hoc tantillum ſuperioribus addiderimus.

¶ De olfactu. Cap. XI.

VBi olfaciēdi vis lęditur, nō eorū meatuū qui in naribus cōſpiciūtur, ſed vel anteriorū cerebri ventriculorū, quū intēperatura quadā afficiunť, noxa eſt, aut eorū meatuū, qui ethmoides (id eſt cola vocātur) ſi aliquando obturanť. ſiquidē odoratorū ſenſus, in prioribus cerebri ſinibus perficitur, elatis ad ipſos per coli foramina vaporibus, quēadmodū in eo libro quem de olfactus ſenſorio cōſcripſimus, iam declaratum eſt. Olfactus. Ethmoides

¶ Galeni de affectorum locorum notitia liber quartus. Prohemium.

QVa via & ratione affectas ſedes ſcrutari cōueniat, duobus ſupioribus libris ſatis pſtrinximus, multis definitarū quarūdam partiū adductis exēplis. Quoniā vero, vt iam diximus, atqꝫ in aliis libris demonſtrauimus, circa res particulares exercitari oportet, eum qui ſingula artis opera, quæ vniuerſali via & ratione didicit, tuto & celeriter pficere voluerit, operępreciū me facturū mihi videre videor, ſi rationales quaſdā notiones, omniū corporis particularū, quę ſenſum effugiūt, cū quomodolibet afficiūtur, perſcripſero, ſumpto videlicet a capite ini-

tio. Verũ eniuero de memoria, et cogitatione viciata, atq̃ reliquis animę functionib⁹, quas prĩcipes noĩare cõſueuimus, in huius cõmentationis libro tertio iam diximus, ſimul in nõ paucis affectuũ generibus, via & ratiõe ĩducto exercitationis modo. Quippe et de phreniticorũ inſania, et de ea quę citra febrẽ accidit, quã melancholiã noĩant, p̃terea de lęthargo, ſopore, morbo comitiali, melãcholia, vertigine, cephalęa, hemicrania, apoplexia, & ſimilibus ibi iam dictũ eſt.

¶ De affectis partibus in oculorũ morbis. Cap. I.

AT in pręſenti libro, qui huius cõmentarij quartus eſt, de faciei partibus, quę intriſecus afficiũtur, ſermonẽ faciem⁹, ab oculis ĩcipiẽdo. Nã modo ipſorũ ſenſus, modo motus, ac nõnunq̃ tam ſenſus, quã motus reſoluit̃. idq̃ interdum in altero, interdũ in vtroq̃ accidit oculo. Nõnũq̃ ſolius palpebrę, nõnũq̃ etiã eius p̃tis, quã ꝓprie oculũ vocam⁹, vel ſenſus, vel mot⁹ lędit̃. Cũ eñi nullo ĩ oculis malo apparẽte, cernẽdi ſenſus deperditus eſt, demiſſus a cerebro neruus cauſam, vt vel inflãmationẽ, vel duriciẽ in ſe cõtinet, aut aliter quomodolibet foramen ipſius obturat̃. Atq̃ huiuſcemodi affectus, oculo, vt inſtrumẽtali parti, accidere neceſſe eſt. qui vero ei, vt ſimilari, adueniũt, octo intẽperaturę generibus cõtinent̃. Pręterea aliud quoq̃ ipſorũ viciũ eſt, quum vel nihil oĩno, vel exiguũ admodũ, viſifici ſpiritus, a principio, quod in cerebro conſiſtere putandũ eſt, ad eos deſcẽdit. Si vero vterlibet oculorũ, motũ dũtaxat amiſerit, ſecũdę copulę neruũ, qui a cerebro orit̃, moleſtari neceſſe eſt, ab aliquo videlicet eorũ affectuũ,

Neruus viſificus.

Spũs viſifi cus.

Oculorum motus.

quos alteri neruo, qui a prima cõiugatiõe naſcit̃, nup accidere dixim⁹. Quoniã vero, vt ex anatomice didicim⁹, muſculi oculũ mouẽtes, ſenario numero cõſtãt, ac prçter eos, alij quoq; ſunt, qui deſcendẽtis in ipſũ meatus radicẽ amplectunt̃, quippe diſſectores ita nominare cõſueuerũt primç cõiugationis neruũ, eo q́d ſoli manifeſtũ ſit foramẽ, accidit ſçpenumero vt q̃uis ipſe haudquaq̃ afficiatur, muſculis tamẽ, aut ĩ ꝓpria eſſentia, aut ĩ neruo ad ipm deſcendẽte, ab aliquo nuper dictorũ affectuũ infeſtet̃. ſiquidẽ ſingulis horũ muſculorũ, pars quçdã nerui a ſecũda cõiugatiõe orti trãſmittit̃. haud ſecus quã ijs quoq; muſculis, qui meatũ ipſum cõpræhendũt, ſiue ij duo, ſiue tres, ſiue vnus dũtaxat, dicẽdus ſit. id enĩ in p̃ſentia nõ refert, modo nouerim⁹ horũ muſculorũ mun⁹ eſſe, vt & retrahant oculũ & firment, ne mollis ille neruus, quẽ & viſificũ, & meatũ nominãt, vllo pacto in proceſſu diuertatur. Quũ itaq; ſex inueniantur oculũ mouentes muſculi, ſi is quidem qui ipſum retrahere ſolet, afficiatur, totus oculus delapſus videbitur. ſi vero is qui ipſum detrahere poteſt, affectus eſt, oculus retractus apparebit. Ita etiã ſi minoris anguli muſculus viciat̃, ad maiorẽ, ſi vero hic lçſus eſt, ad illũ oculus deflectitur. At ſi voluentiũ muſculorũ quiſpiã reſoluitur, obliqua erit totius oculi cõuerſio. Cæterũ quũ alij prçterea ſint muſculi, mollẽ neruũ illũ circundantes, ſcire licet, ipſis reſolutis totum oculũ procidere, atq; a ſua ſede moueri, quãuis pleriq; eorũ qui ſic affecti ſunt, ſenſim quidem intento molli neruo, ſed nequaquã affecto, citra noxam cernere poſſint. qui vbi quoquo modo afficitur, viſum efficit obſcuriorem. vbi vero adhuc magis malum ingraueſcit, conſtat eos

Oculorum muſculi ſex

qui ſic afficiuntur, nihil omnino cernere poſſe. Porro quũ oculi a ſua ſede remouent̃, ſi ad alterutrũ angulũ fiat cõuerſio, innocua ꝑmanebit cernendi facultas. ſi vero aut ſurſum, aut deorſum, aut in obliquũ quoq; vertant̃, quicquid ipſis obieceris, id õne duplũ eſſe videbitur. Muſculi vero ſuꝑnã palpebrã mouẽtes (nã inferior ĩmobilis eſt) quoniã perquã parui ſunt, adeo vt in maioribus quoq; aĩalibus, vix manifeſte ꝓſpici poſſint, nihil mirũ ſi nerui ĩpis ĩnati difficulter videãtur. Nihilomin⁹ quẽadmodũ in muſculis, quorũ iam ſupra meminimus, ita & in his quoq; euenire neceſſe eſt, vt interdũ muſculi ipſi, peculiari aliquo affectu, ex his quos ad muſculos ꝑtinere nouim⁹, ĩterdũ vero nerui ĩpis ĩnati infeſtent̃. Igitur ſi muſculus ĩpam ſurſum retrahẽs exoluit̃, laxã efficiet palpebrã, adeo vt oculus aperiri nõ poſſit. ſi vero detrahentes (gemini enĩ ſunt) reſoluunt̃, oculũ claudere nõ poterũt. Quorũ ſi alter dũtaxat afficitur, ad oppoſitũ muſculũ palpebra deflectetur, vt fracta ſubinde videatur, in fine videlicet circa mediã ipſius lineã. quippe ea pars, quę iuxta muſculũ affectũ eſt, retrahi, quę vero iuxta illęſum eſt detrahi, videtur. Hi ſunt partiũ oculi peculiares affectus, qui latentibus locis inſident. Ac ſunt pręterea alij, qui ex alijs partibus ei per cõſẽſum adueniunt. Igitur accidentia, ſuffuſorũ viſis ſimilia, videntur, oculis nulla ꝓpria affectione moleſtatis. ſed aut oris vẽtriculi, aut cerebri cognatione, id accidere ſolet. Verũ hęc ĩpa, ab ijs q̃ a vẽtre oriũtur, diſtiguẽda ſũt. Primũ quidẽ ex eo, qđ vel alter dũtaxat oculus, vel vterq; ſiliter, viſis occupet̃, ſi quidẽ ĩ vniuerſũ viſa ob humorũ in vẽtriculo cõtentorũ viciũ oborta, vtriq; oculo ſiliter accidũt. Quę vero ꝑ ſuffuſiões ap

Suffuſio.

parent, neq; incipiūt ſimul in vtroq;, neq; ſimiliter ap parent. deinde ex tēpore quoq; diſtinguūtur. Si enim tribus, quatuorue aut etiam pluribus menſibus, ſuffuſionis apparuerint accidentia, contēplantiq; tibi pupillā, nihil tenebroſum videatur, ab ore ventriculi affectū procedere inuenies. Si vero non ita multū tēporis interceſſit, quærendū eſt imprimis, vtrū ex quo īcepit affectus, ſingulis diebus perpetuo huiuſmodi apparitio perſeuerauerit, nullo ſcilicet interueniēte die, qui oī querela caruerit, an diebus quibuſdā laborans exacte videatur conualuiſſe. Nā continuitas ſuffuſionem portendit. Intermiſſio vero, quod malum a ventriculo prodierit, ſuſpitionē excitat. idq; magis, ſi vbi perfecte quis concoquens, nullū ſibi viſū apparere fatetur, ſed multo magis, ſi quum apparuerunt viſa, mordicus in ore vētriculi doluit, maxime vero, ſi poſt hæc vomendo, eiecta re mordente, mitigata fuerint accidentia. Hęc ſunt quę primo ſtatim die, quū videris hominē, interrogando diſcere debes, quando, vt iam diximus, exquiſite ſecundum naturā ſe habuerit oculi. Vbi vero altera pupilla tenebroſior, aut turbidior, aut (vt breuiter dicam) nō exacte pura videtur, ſuffuſionis eſſe initiū cenſendū eſt. Si vero quiſpiam ſuapte natura pupillas ipſas non admodū puras habuerit, conſydera num vtriuſq; ſimilis ſit affectus, ad hęc ſi non ita multū temporis a ſuffuſionis accidentibus pręterierit. Quibus ſic ſe habentibus, impera, vt minus cibi, quā pro cōſuetudine, ingerat. eūq; nihil mali ſucci habentē, poſtero die vbi probe cōcoxerit, qualia apparuerint viſa interroga. ſi enim vel ōnino nulla, vel hebetiora videantur, ad ventriculū referendum eſt accidens. At ſi ſimilia permanſerint, nō per

conſenſũ, ſed ex propria diſpoſitione, ſciendũ eſt huiuſmodi accidẽtia oculos infeſtare. Idq; magis vbi ſũpto ex aloe medicamento, nihil variauerit. Voco autẽ medicamentũ ex aloe, quod alij hierã picrã, alij ſimpliciter picram appellant. Quippe ſi a ventriculo ꝓuenerit accidẽs, huiuſcemodi medicamẽto potui dato, facillime curatur, accedẽte ſimul bona concoctione, vt in idem conueniant, & affectæ ſedis notitia, & ipſi⁹ curatio. Equidem quoſdam ſic affectos, q̃uis, vt ſcitis, non viderem, quum in alienis eſſẽt terris, ꝑ litteras curaui. Nam quum nõnulli ex Iberia, Celtica, Aſia, Thracia, atq; alijs regionibus, per epiſtolas a me peterent, etiã in ſuffuſionis initio, nullo adhuc vicio in pupilla apparente, vt probatũ aliquod eis medicamentũ tranſmitterem, volui prius certiorem me redderent, num ex multo tempore ita fuiſſẽt affecti, præterea de alijs quoq;, quorũ paulo ante mentionẽ fecimus. Qui quũ per epiſtolas reſponderent, ſex mẽſes, aut annũ iã exactũ eſſe, vtrunq; oculũ ſimiliter afſici, quũ probe concoxiſſent, melius ſeſe habere, per cruditates, atq; ventriculo mordicus dolente, grauius irritari, educta vero per vomitũ bile, quieſcere, nulla facta de pupilla quæſtione, ſatis efficaciter me cognoſcere putaui, non proprio affectu, ſed per vẽtriculi cõſenſum oculos infeſtari. Mittens itaq; picram, ipſos quidẽ imprimis, atq; præcipue, per eos autem, alios quoq; multos ipſorũ conterraneos, ſanaui. quum enĩ omnes quotquot epiſtolas meas acceperunt, docti eſſent, affectorũ locorum notas ex litteris meis didicerunt. quibus deinde facile cognitis, eos amaro medicamento curauerunt. ❡ At ſimilia quoq; ſuffuſiõi accidentia, in quibuſdam phrenitidis ſpecieb⁹, affecto

Aloe. Hiera picra.

Phrenitidis ſpecies

ſcilicet cerebro, ſæpenumero euenire ſolēt. Nec refert, vtrū ſpecies, an differentias nominaueris. Nā ſimplices quidē duæ inueniuntur, ex quibus ſubinde tertia cōponitur. Quippe ſunt phrenitici quidā, qui de ijs quę oculis offerunt̄, recte (q̄tū ad ſenſitiuā notitiā ptinet) iudicant, cogitando vero, a naturali iudicio aberrāt. Alij rurſus cogitatione quidē fallunt̄ minime, ſēſibus tamē difformiter mouent̄. Sunt preterea qui ſimul & ſenſus, & cogitationis vicio laborant. Itaq̧ cuiuſq̧ lęſiōis modum, ſic accipe. ¶ Quum Romę quidam domi, cū lanifici puero cōtineretur, ſurgens a cubili venit ad feneſtrā, per quā & ipſe videri, & prætereuntes videre potuit. Itaq̧ ex vitreis vaſis ſingula oſtendens, interrogauit, imperarent ne vt ea proijceret? Illi vero ridētes, plaudenteſq̧, vt ea proijceret, rogabant. tum ipſe deinceps oīa arripiens eiecit, at illi magnis acclamationibus riſerunt. Poſtea iuberent ne puerum quoq̧ proijci? quum eos interrogaſſet, atq̧ id illi iuſſiſſent, ilico ipſū deiecit. quē ab alto cadētem videntes, ſuppreſſo ſtatim riſu, accurrerunt, & afflictū iam puerū ſuſtulerunt. ¶ At cōtrariā affectionē, nō ſolum in alijs, verū in meipſo, quū puer adhuc eſſem, expertus ſum. Quū enim per æſtatē ardente febri laborarem, & feſtucas atro colore, ex cubili eminere, & floccos ſimiliter in veſtibus eſſe putabam, quos auferre tentans, nihilq̧ ſub digitis eductum īueniēs, accuratius, vehementiuſq̧ id efficere conat⁹ ſum. Audiēs itaq̧ duos ex amicis, qui tū aderant, dicētes, Vides ne hūc iā & floccos euellere & feſtucas colligere? ſtatim intellexi, idipſum quod dicebāt, me feciſſe. Quum vero ſic animo conſtarem, vt rationalis ī me facultas non vacillaret, recte inquā dicitis, proinde ne

Lanifici puer.

Vitrea vaſa

Galeni delirium.

phrenitis me arripiat, auxilio eſtote. illi autē quū ido neis rigationibus, caput fouerent, tota die, ſequēteq; nocte, grauibus inſomnijs turbatus ſum, vt interī & clamare, et exilire viderer. verū poſtero die, mitigata ſunt oīa accidentia. Igitur conſtat q̧ licet ab eadē cau ſa ſecundū ſpeciem accidentia proueniant, non tamē ab eadē ſede quæ primario affecta ſit, emergunt. & ī is qui ex cerebro, atq; illis qui per ventriculi cōſenſū, vt dictū eſt, laborant. ℭ Quum enim in cerebro cu- iuſpiam bilioſus ſuccus abundat, acceditq; febris ar- dens, is afficietur perinde ac ſi ad ignē torreretur, ori- turq; tum fumus veluti in lucernis ab oleo, qui per va ſa, quę ad oculū tendunt, delapſus, viſorū ī ipſis cau- ſa cenſetur. ſiquidē in anatomice vidiſtis, quod & ar- teriæ & venę, ab his vaſis ex quibus choroides mem- brana contexta eſt, ſimul cum neruis ad oculū deſcē- dunt. Verū huic ſermoni, vtpote ſatis iam definito, fi nem imponentes, de reliquis oculi partibus deinceps dicamus, ſi prius id in vniuerſum monuerim⁹, noſtri inſtituti nō eſſe, earū particularum quæ manifeſte ſē- ſu percipiuntur, ſi a naturali conſtitutione aberraue- rint, notas perſcribere. ſed illarum potius, quæ quum affectæ fuerint, ſenſū latent. Nam quum pupilla ma- nifeſte videtur aut fracta, aut diſtorta, aut præter na turā vel aucta, vel imminuta, haud difficile eſt affe- ctam particulā cognoſcere. at vero quæ ſit diſpoſitio huiuſmodi faciens affectū ſcire, non ſine negocio a medica arte petendū eſt. verum de ijs in libro de cau ſis accidentium iam ſcriptum eſt. Proinde non op⁹ eſ ſe videtur, vt in hoc libro vel affectas ſedes in oculis, quas ſenſus conſequi poteſt, vel affectus ipſos decla- rare aggrediar. Quippe affectuū nomina vno par-

Viſorū cau ſæ.

uo volumine,cui titulus eſt quomodo noſcantur ocu- Ocularíꝰ li
lorum affectus,perſcripta ſunt. Cauſas vero vt dixi- ber.
mus in libro de accidentium cauſis,inuenies. Tempꝰ
igitur eſt,vt ad linguã noſtra cõuertatur oratio.

¶De affectuum linguæ notitia,item de ſopore, & morbo comitiali Cap.II.

AT q; videmus interdum ipſius motũ,
interdũ guſtandi ſenſũ lędi. Atq; nõ- Guſtus.
nunq̃ tactum q̃q;. Neq; eni alio guſtꝰ
atq; alio tactus neruo vtitur. vt in mo-
tu videre eſt. Nerui enim a tertia coniu
gatione orti,non ſolum tangendi,verũ
etiam guſtandi vim obtinent. Verum crebrius lædit̃
guſtãdi q̃ tangendi facultas, q̃uis iiſdẽ neruis vtraq;
vtatur. Nam ad guſtũ quidẽ exacto iudicio opꝰ eſt, Senſoría.
tangendi vero ſenſorium,vt craſſiſſimum, ita cernen
di tenuiſſimũ eſt, Auditus vero ſenſoriũ, vt in tenui-
tate a viſu,ita ſenſorium guſtus in craſſitudine, a ta-
ctu,ſecundũ locum obtinet. Olfaciendi vero ſenſoriũ
in illorũ quatuor medio conſtituitur. Mouendi autẽ Motus lin
vis linguæ aduenit,a ſeptima neruorũ a cerebro or- guæ.
torũ coniugatione, non longe a ſpinalis medullę ini-
tio. Quumq; hoc in loco vtraq; cerebri pars,tam de- Apoplexía
xtra, q̃ ſiniſtra afficitur, ne apoplexia hominem ra-
piat periculũ eſt. Vbi vero altera tantum,in paraly- Paralyſis.
ſin finiri ſolet. Ea interdũ alterã duntaxat liguę me-
dietatẽ,a motu ꝓhibet. Interdũ partes ſub capite cõ-
ſtitutas,& quidẽ modo has,modo illas infeſtat. Nõ-
nunq̃ alterũ latus,per vniuerſum corpus vſq; ad ex-
tremas pedũ partes,afficit. Igit̃ ex faciei ꝑtibꝰ,ligua
ſępenumero videtur iã dicta dũtaxat noxa moleſta-
ri, neq; ſenſu tactus in ipſa, neq; guſtus laborantibꝰ.

Cuius rei cauſa haud obſcura eſt, vobis præcipue, q̃
vidiſtis neruorum a cerebro proceſſũ, ad faciē quidē a
parte eius ãteriore, ad partes vero in animali ſub fa-
cie omnes, ab altera parte poſteriore videlicet. Vnde
etiam eorum neruorũ, qui ad linguæ muſculos veni-
unt, coniugatio procedit, quibus ipſa motũ ab electi-
one perficit. Itaq; nõ ab re quum anterior duntaxat
cerebri pars afficitur, ſola linguæ motio vicio carebit.
Reliquæ vero faciei partes omnes, in altera parte, de-
xtra, aut ſiniſtra, & ſenſum, & motum, ab electione
amittũt. ¶ Qz ſi aliquando tota anterior cerebri pars
afficitur, ſupremũ ipſius ventrem ei conſentire neceſ-
ſe eſt, atq; cogitandi quoq; actiones viciari. Proinde
qui ita affectus eſt, neq; ſenſus neq; motionis mune-
re fungitur, ſpirandi tamen facultas haudquaq̃ lædi-
κάρος. Sopor. — tur, vocaturq; hic affectus caros, id eſt ſopor. Si vero
adeo vehementer ſpirationem opprimat, vt quis vel
magno conatu, vix ſpirare poſſit, eorum exemplo q̃
Apoplexia — per grauem ſomnũ ſtertere ſolēt, apoplexia nomina-
tur. Atqui ſolutę apoplexię creberrimæ ſuccedere ſo-
Paralyſis. — let vocata paralyſis. Sopore vero finito, bona valitu-
do magna ex parte ſubſequi conſueuit. Fit autem ſo-
Hippocrates. — por Hippocrate authore, muſculis tēporũ affectis,
præterea ĩ acutis quoq; morbis, vt idē Hippocrates
Morbꝰ comitialis. — ſcripſit. Inter ſoporem vero & apoplexiam, morbus
comitialis medius eſt, conuulſionem afferens vniuer-
ſo corpori, ſed in paralyſin non finitur. Horum triũ
morborũ, frigidus, ac craſſus, aut omnino viſcidꝰ hu-
mor, cauſa eſt. Verum & in ſopore, & morbo comiti-
ali, ventres magis, cerebri corpus minus. In apople-
Catalepſis. Sopor vigilans. — xia vero vtraq; affici ſolent. In catalepſi vero & vigi-
lanti ſopore (ita enim nominãtur) poſteriora cerebri

magis moleſtantur. Quum autem oſſe quopiam terebra perforato, medius ventriculus fuerit attrit9, ſopor hominē occupat, ſed neq; conuulſione neq; difficili facta ſpiratione, hæc apoplexiæ, illa morbo comitiali peculiaris eſt. haud ſecus q̄ catalepſi, vigilātiq; ſopori, ſeruata ſecundum naturam ſpiratio. ¶ Verum vt per ſoporem palpebræ clauduntur, ita in catalepſi manent apertę. Quemadmodum autem inter perforandum, quum quis membranā negligenter ac vltra q̄ res expoſtulat, meningophilace (id eſt membranę cuſtode) premendo violauerit, ſopor accidere ſolet. Ita vbi os caluariæ vehementer attritum, ipſius ventriculos comprimat, maximeq; medium, ſopor ſupuenire poteſt. Quin etiam ad vehementes dolores hic affectus ſequitur, concidente videlicet robore ſpiritus animalis. Voco autem ſic, id quod eſt in cerebri vētriculis primū aīę inſtrumētū, quo et ſenſū, et motū, in vniuerſas corporis partes tranſmittit. Hos cerebri affectus, tū q iā propoſito ſermoni familiaritate cōiūgunt, tū etiā q antea nō ſatis declarati fuerūt, operæpciū duximus in pſentia definire. ¶ Sed ad līguæ affectus redeundū nobis eſt. Quorū alij quidē cōmunes ſunt, per cerebri neruorūq; conſenſū. Alij ipſius duntaxat proprij cenſentur. Igitur quod ad cōmunicationē, quā cū cerebro habet, pertinet, vt p ſeptimā neruorū cōiugationē motus ipſius viciat, ita ſenſus impediri poteſt per tertiā, quē neruū diſſectores mollem appellant, deſcendētem diſperſūq; (vt ſcitis) in tunicā quæ linguā cōpræhēdit. quēadmodum is, q a ſeptima cōiūgatione ortū habet, muſculis ipſā mouētibus, diſtribuitur. Proprij aūt ſoli9 linguę affect9, ex ijs quæ iam ſupra de oculorū pprijs affectib9

Sopor & catalepſis differunt.

Spirit9 animalis.

Neru9 mollis.

diximꝰ, haud difficulter iueniẽtur. Quippe ſicut muſculorum ipſius intemperaturæ motum impediunt, & quidem vt ſimilarium, ita ambientis ipſã extrinſecus membranæ intemperatura, & tangendi, & guſtandi ſimul ſenſum viciat. Inſtrumentalium vero affectionum ſpeciem referunt inflãmationes, tumores duri, tumores molles, eryſipelata, ſuppurationes. de his vero, vtpote quæ tum viſu tum tactu diſcerni poſſunt, nihil aliud in hiſce commentarijs dicemꝰ. quippe eas duntaxat affectas partes hoc in libro perſequi propoſuimus, quæ neqꝫ viſu, neqꝫ tactu, ſed demonſtratione, atqꝫ (vt ſummatim dicam) rationali via inueniri poſſunt.

¶ De ſenſu auditus. Cap. III.

Auditus.

Eadem quoqꝫ ratione in ſenſu auditus, quicunqꝫ affectus in auriũ oculis obiecta cõcauitate, oriuntur, rationali inueſtigatione non indigent. Illæſo vero apparente aurium foramine, ſi audiẽdi facultas læditur, ſimili via & ratione inqrendę ſunt notę. Vbi enim præter hanc nihil læſũ eſt, neruũ propriũ affectum eſſe, haud abſurde cõijcimꝰ.

¶ De affectibus faciei Cap. IIII.

Vbi vero reliquę faciei particulę, ſiľ cũ ipſa lędũt, i cerebro diſpoſitionẽ p̃ter naturã eſſe perpendimus, ipſo vel vt ſimilari vel vt inſtrumentali parte affecto. Sed tunc facies reliquis in locis omnibus, non ſolum motũ, verum etiã ſenſum, aut perdit omnino, aut viciatum habet, idqꝫ interdum partibus quæ lęſas habẽt actiones, proprio affectu laborantibus, interdum vero neruis qui ad aures à cere-

bro deferuntur, deniq; ipſomet interdum affecto cerebro. Quorum diſcrimē ꝑ copulata ipſis accidentia, facile dep̄hendit̄. Quippe ſi forte fortuna vnica quidē particula, aut in ſentiēdi, aut mouendi, aut vtraq; facultate lædatur, ea ſola cauſā diſpoſitiōis continet. Idq; aut ſuis ipſius partibus, aut neruis, qui ad ipſā ex tertia coniugatione ferunt̄, vel inſtrumētaliter, vel per intemperaturā laborātib⁹. At vbi plurimę ſimul afficiuntur particulę, cōſyderare oportet, vtrū ex vna neruorū origine, aut pluribus, ſenſū motūue, quū in naturali ſunt habitu, ſortiantur. Subijciamus enī ex arte ſecandi corpora, temporū, maxillarūq; muſculis, item labris, & nariū pinnis, ſenſum & motum, linguę vero, oībuſq; oris partibus, ſenſū duntaxat, a tertia neruorū cōiugatione ꝓcedere. A ſecunda vero, vt oculorū muſculis, motū, ita a prima oculis ipſis, cernendi ſenſum ſuppeditari. Igitur vbi particulæ quib⁹ a tertia cōiugatione nerui adueniūt, & quidē oēs, ſed in alterutra duntaxat parte, læſę vidētur (nunq̄ autē huius præceptionis, vel nihil dicentibus nobis, obliuiſcaris) neruū ipſū primario affectū eſſe putandū eſt. Si vero vtramq; ſimul partē lędi cōtigerit, non nerui proprius, ſed in cerebro, loci cuiuſpiā, a quo nerui ꝓcedunt, primus affectus eſt. Sane affecto ī vtraq; parte, tam dextra, q̄ ſiniſtra, cerebro, in eo videlicet ſpacio, vnde tertia neruorū coniugatio prodit, oēs vicinę partes ſimul affici conſueuerunt. proinde & tertię, & quartæ cōiugationis nerui, atq; oculi partes oēs, ſubinde lęduntur. Q; ſi vnus duntaxat vel muſculus, vel neruus, quoquo modo ſiue primaria affectione, ſiue per conſenſum, fuerit affectus, pars ipſa in aduerſum trahitur muſculum. Nam reſoluto muſculo, qui de-

xtram labri partem mouet, ipſa ad ſiniſtrã deflectit᷑, At ſi is qui ſiniſtram mouet reſoluitur, ipſa trahitur ad dextram. Haud ſecus & totam mandibulam, & narium pinnas, & genas vtraſq;, quas a muſculoſa latitudine(id eſt lato muſculo)moueri didiciſtis, in aduerſam partem deflecti contingit. Id autem per neruos non a tertia coniugatiõe, ſed a ceruicis vertebris procedẽtes, efficitur. Nã hi per totã pene faciem ſpargũtur, exigua ipſius parte excepta, quę a quinta cõiugatiõe prodeũtes neruos ſuſcipit, in ſuprema videlicet lati muſculi parte.

¶ De ſpinalis medullæ affectibus, Cap. V.

Spinalis medulla. SEd iam tempus eſt, vt ſpinalis medullę affectus perſequamur. Igitur ſpinalis medullę affectus, q̃tũ ad pręſentem inquiſitionẽ pertinet, cõpendioſam habent doctrinã. vbi vero ad actiões venire oportet, compẽdioſam notitiã nõ habent. Eteni niſi quis neruorũ ab ipſa procedẽtium coniugationes, ita memoria teneat, vt ad quam corporis partem, ſingulæ perueniant, cognoſcat, diſcernere non poterit, ſecundum quã vertebrã, ipſa ſit affecta. veluti ecõtrario, ſi illarum meminerit, facilis erit affectæ ſedis notitia. Quietiã ſi reliquarũ quoq; partiũ oĩm, notitiã quæris, vt neruorum qui a ſpinali medulla oriuntur, memineris, neceſſe eſt. Veluti vbi primæ vertebræ afficiuntur, Angina. ãgina (licet raro) fieri tamẽ interdum poteſt, idq; in pueris magis, q̃ adultis. de qua Hippocrates. Hippocrates libro ſecundo de morbis populariter vagantibus in hunc modum ſcripſit. Erant angi-
» nę affectiones huiuſcemodi. Ceruicis vertebrę ad in-
» terna cõuerſæ ſunt, alijs quidẽ plus, alijs vero minus,

atq; in partibus exterioribus, manifeſta videbaṫ ĩ cer
uice cõcauitas, dolorẽ laborans, quũ tangeretur, ſẽtie
bat. Accidit etiã angina cuidã, ſub ea vertebra quam
dentẽ noiant, verũ nõ adeo acuta. quibuſdã vero ob Dens.
rotũditatis magnitudinẽ, oĩno cõſpicua. Gulã licet ĩ-
flãmatio nõ angeret, ipſa tamẽ moleſtia minime care
bat. Ea q̃ ſub genis erãt, tumebãt quidẽ, ſed ĩflãmati-
one haudquaq̃ vexabãtur. Inguina nullus dolor cru
ciabat, ſed naturali potius habitu permanebant. Lin
gua haud facile mouebaṫ, atq; aucta ipſis videbatur,
atq; exerta, venæ ſub lingua manifeſtę. deglutire niſi
magno cũ labore neq̄bãt. at ſi vi quadã deuorare co-
nareṫ, per nares effluebat id q̄d ĩgeſſerãt. Ex naribus
loquebanṫ. Spiritus ipſis nõ admodũ elatus, nonnul
lis capitis, tẽporũ, atq; ceruicis venę attollebanṫ, atq;
horũ quibuſdã tẽpora paululũ calebãt, q̃uis alioqui
nõ febricitarẽt. Plurimi nõ angebanṫ, niſi quũ vel ſpu
tũ vel aliud quippiã deglutire tẽtarẽt. Neq; ſubſede-
bant oculi. Igitur quib⁹ tumor nõ ĩ alterutrã partem
deflexus, ſed rect⁹ erat, nequaq̃ paralytici euadebãt.
Horum ſi quempiam perijſſe mihi conſtaret, id refer-
re grauarer minime, nã quotquot memoria nũc con
ſequi poſſũ, oẽs ſuperſtites permanſerũt. Atq; alij q̃-
celerrime ſanitati ſunt reſtituti. Alij nõ pauci, quadra
geſimum diẽ p̄terierũt. Inſuper nõnullos, febris oĩno
nõ arripuit. Plurimis etiã vſq; in longũ tẽpus, pars q̃-
dã tumoris protracta eſt, cuius rei ſignũ, & a degluti-
one, & a voce, ſumi poterat. Atq; eliquatę quoq; co-
lumellæ, q̄q̃ nihil mali habere videbantur, malę tamẽ
ſignificatiõis nũciũ p̄ſtabãt. ¶ At vero q̄b⁹ alterutra
pars afficiebaṫ, ij ea parte a qua vertebræ reſoluebã-
tur, paralytici euadebant, atq; hęc ipſa verſus alterã

» trahebatur. Porro huiuſmodi accidentiũ notę, & ex
» facie, & ore, atq; ſepto qđ gurgulionẽ diſtinguit, eui-
» denter depræhendebãtur. Quin etiam inferiores ge-
» næ pro ratione mutabant. Cæterũ qui paralytici ab
» angina fiebãt, ijs nõ totũ corpus, vt in alijs fieri ſolet,
» reſoluebatur, ſed vſq; ad manus dũtaxat malũ proce
» debat. Atq; ij concocta quędã, eaq; exigua, & non ſi
» ne moleſtia expuebant, prætereaquib⁹ tumor i recti-
» tudine conſiſtebat, ij expuere poterant. At ij quos fe-
» bris quoq; infeſtabat, longe maiori cũ difficultate ſpi
» rabant, ac inter loquendũ ſcreabãt. venę ipſis attolle-
» bantur, atq; pedes erant q̃ frigidiſſimi. Horũ ſi aliqui
» non ilico mortui ſunt, ij tamen erigere ſeſe haudquaq̃
» potuerunt. Verum omnes quotquot equidẽ noueri,
morte obierũt. Totã huius ſermonis ſeriem, in ſecun
do libro eius cõmentarij, quem in ſecundum librũ de
morbis populariter vagãtibus, perſcripſim⁹, ad ver-
bum fere enarrauimus. Atq; idcirco eã totã hic inſe-
ruimus, eo ꝙ Hippocrates, multis oſtendit accidiſſe
anginam nobis raro viſam, nullo exiſtente in guttu-
re proprio affectu. Quin etiã qđ circa primas orit̃
vertebras, a quarum altera pars quædã dentiformis
vocata, procedit, vnde nõnulli ipſã totã vocauere den
tem. At nunc ſub hac quoq; vertebra (inquit) factam
quidẽ anginã, ſed non æque acutam, vt ea quæ circa
ſecundã fieri ſolet. ſiquidẽ cõſtat, ꝙ ſpinę partes, quo
fuerint altiores, eo ſunt præſtantiores. ꝓinde quo in-
ferior primis duab⁹ vertebris fuerit diſpoſitio, eo mi-
norẽ iferet noxã. Sane ex arte ſecãdi corpora didici-
m⁹, ſepti trãſuerſi neruos, ſub q̃rta ac q̃ita vertebra
emergere. ꝑtea ex cõmẽtarijs de ſpiratiõis cauſis, edo
cti ſum⁹, liberã ſpirationẽ a ſolo fieri ſepto trãſuerſo,

Vertebra dẽtiformis Dens.

accedente ad hanc intercoſtaliũ quoq; muſculorum actione, vbi videlicet vehemẽtiori opus eſt ſpiratiõe. Qꝫ ſi vehementiſſima ſpiratione indiguerim⁹, ſuperiores etiam muſculos concurrere oportet. Verũ non ſolum ob magnã aut maximã ſpirationẽ, horũ muſculorũ actionẽ requirim⁹, ſed ob alias quoq; cauſas, de quibus latius in libris de dyſpnœa (id eſt ſpirãdi difficultate) iã dictum eſt. In præſentia vero ſatis fuerit, a præſcripto Hippocratis ſermone, tantũ accipere, q̃tũ ad affectorũ locoꝝ notitiã neceſſarium eſt. Si prius eius verbi, quod ĩ libro de articulis a nobis explicatũ eſt, meminerimus, vbi inquit. Vertebrarũ aũt quæ in ſpina ſunt, quęcunq; per morbos in gibbũ trahuntur. Vult nimirũ nõ ſolũ ad ĩterna, vertebrarũ luxationẽ, quã lordoſin (id eſt excauationem) vocant, ſed eã quoq;, qua retro vertebrę labuntur, comitari tenſiones, q̃ ad partes fiũt internas, trahentib⁹, q̃ ibi pręter naturã cõſiſtũt tumorib⁹, neruoſa corpora. Igitur vbi vnica dũtaxat vertebra, aut etiã duę, aut tres, ſeſe deinceps cõſequẽtes diſtrahunt̃, ea parte ſpinam cauari cõtigit. Vbi vero inter diſtractas vertebras, vel vna, vel plures illęſę ꝑmãſerint, ſic affectis, gibb⁹ accidere ſolet. At ſi in alterutrã partẽ, vel dextrã, vel ſiniſtrã diſtrahãt̃, ibidẽ ĩ obliquũ torquebit̃ ſpina. Atq; in eo quẽ præmiſimus ſermone, vtriuſq; mentionem fecit Hippocrates, excauationis quidẽ, cũ dixit quib⁹ ſecundũ rectitudinẽ tumor incedit, obliquæ vero torſionis, dicens quibus vero alterutra pars afficiebatur. Porro exacte admodum atq; vtiliter nobis (ſi legerimus) hęc conſcripſit. Per excauationem quidẽ, neminem fieri paralyticum, quod fit vbi pars aliqua reſoluitur. Per obliquam vero torſionem, malum ad ma-

Hippocrates.

Lordoſis.

nus vſq; procedere, ſignificans ipſũ ad infernas partes, vt coſtas, lumbos, crura, nõ poſſe deſcẽdere. ¶ In primis itaq; hoc nobis ſciẽdũ eſt. Alia quidẽ ſequi accidentia, laborãte ſpinali medulla proprio affectu, ſiue id ex ſola itẽperatura fiat. ſiue ſimul humore quopiã affluẽte, vt in eryſipelate, inflãmatione, atq; vlcere putri. Alia vero, vbi vel vna vel plures vertebræ afflictę

Paralyſis.

luxantur. Quippe vbi proprio affectu ſpina ipſa laborat, ſiue id in dextra, ſiue ſiniſtra parte eueniat, citra tamẽ vertebrarũ luxationẽ, & quidẽ ſi in altera parte duntaxat afficiatur, omniũ inferiorũ corporis partiũ, quæ e regione nocumenti conſtituuntur, tam ſenſus q̃ motus læditur. Si vero vtraq; pars affecta eſt, omnes particulæ tam in dextra q̃ ſiniſtra parte, ei q̃ lęditur ſubiectę, ſimiliter reſoluuntur. At luxata vel ad gibbum vel ad concauum vertebra, fieri poteſt, vt nulla omnino partium inferiorum, vel in ſentiendi vel mouendi facultate vicium percipiat. Atq; fieri etiam poteſt, vt lędatur eo videlicet modo, qui ab Hippocrate in libro de articulorum affectibus definitus iam eſt. Quum igitur angulosa (vt ipſe nominat) fit ſpinæ luxatio, id eſt quum nõ paulatim, ſed affatim, perinde ac ſi frangeretur, pars aliqua curuatur, ſubiectas partes omnes lædi neceſſe eſt. Paulatim vero facta luxatione, atq; in orbem magis, nihil notatu dignum patiuntur partes, quæ cõmotę vertebræ ſupponuntur. Sed in obliquũ luxatio, lędit oĩno eas partes, ad quas nerui ex luxatis vertebris procedentes, perueniunt, idq; magis ĩ ceruice, ĩ thorace minus, ſed multo minus ĩ lũbis accidere ſolet. Siquidẽ ĩ ceruice, vertebrę inter ſe cõnexę, ęqualiter vtræq; cõferũt foramini vnde neruus procedit. In thorace aũt ſuperior magis, iferior mi

n⁹. Sed in lumbis, tot⁹ neru⁹ ex ſuperiori excidit ver tebra, vbi ſi trāſuerſa eueniat vertebrarū luxatio, eadē ſecū trahens & ſpinā & neruū, illæſū ſeruat ipſius ſecundū naturā ortū. In ceruice vero, ex loco medio inter duas vertebras procedentes nerui, per obliquas luxationes, in ea quidē parte, ad quā ſpina ipſa defle ctitur, opprimuntur, in altera vero tenduntur. Porro tē ſiones quidē, vbi ingens quoq; inflāmatio acceſſerit, conuulſio comitatur. Ad cōpreſſiones vero earū partiū, ad quas oppreſſus neruus ꝑuenit, paralyſis, id eſt reſolutio, ſequitur, Igitur non ab re in ea angina cui⁹ in præmiſſo ſermone hiſtoria narrata eſt, ad manus vſq; ſuperuenit reſolutio, vtpote procedentibus neruis ex fine ceruicis ad man⁹. Quippe ſub ceruice tho rax eſt, a cuius vertebris emergentes nerui, nō ad ma nus, ſed ad ſpacia intercoſtalia tranſmittuntur, paucis qui ex primis procedunt exceptis. Igitur ꝑ eas quas nuper diximus vertebrarū luxationes, reliquę faciei partes oēs, neq; in ſenſu, neq; in motu noxā ſubeunt, lęſis ſolis ſine mentogenis, vtpote q̄ a muſculoſa latitudine (id eſt lato muſculo) mouentur. Conſtat itaq; ꝙ muſculi quib⁹ mouēdi vis aduenit, per neruos, qui a ceruicis vertebris orti, in ipſis diſꝑguntur, noxā nō euadunt, ſi & ſpinā, & proueniētes ab ipſa neruos, affectus quiſpiam infeſtauerit. Verum qui & quot ſint huiuſmodi muſculi, ex neruorū qui a ſpina oriūtur, diſſectiōe, didiciſtis. veluti alia quoq; cognitu neceſſaria accidentia, quæ ſequuntur, vbi ſpinæ ipſius vertebræ, vel in gibbū, vel concauum, vel etiam trāſuerſū luxantur, ex ſecunda particula cōmentariorū, quos in librum de articulis ędidimus, omnia cum proprijs demōſtrationibus accurate cōſcripta habetis. Quo-

Latus muſculus.

rum ſummas in præſentia commemoraſſe operępre-
cium fuerit. Equidē nonnulla iam percurri. Supereſt
itaq; vt ea quæ nondū tacta ſunt, tractemus, vt nihil
Vertebrarū luxatio. orationi noſtræ deeſſe videatur. Porro ſcire debetis,
vertebras a ſuo poſitu luxari, aut ob caſum, aut ictū,
aut tumorem præter naturam, neruoſa corpora, ver
tebris ipſis, atq; ſpinæ inſita, extendentē. Horū duo
ſunt genera. Alterū eorū quę innaſcuntur. Alterū tu
morū quorundā qui pręter naturā accidunt. Quos
Hippocrates vno vocabulo cōpręhendens cruda tu-
bera nominauit. Igitur manifeſtū eſt, q̄d ī p̄miſſa cō-
ditione, quā libro ſecūdo de vulgarijs morbis deſcri-
pſit, ceruicis vertebris adiacentes muſculi, afficiebant̄.
potuit etiā tuberoſ⁹ aliq̄s tumor īterdū accedere, ob
quē cōcocta nōnullos ſcreare dicit, facta videlicet tu-
Anginoſi. berum concoctione. Cur igit̄ eos anginoſos appella-
uit? aut q̄a difficulter ſpirabāt, nullo exiſtēte vel ī pe-
ctore, vel pulmone vicio. quippe hac in re differt an-
gię cōcurſ⁹, a peripneumonia, & laterali morbo, atq;
Angina. ex eo ꝙ anguſtiæ ſenſ⁹ ī gutture eſt. Præterea ī p̄ſagi
orū libro videt̄ angię noīe appellare oēs affect⁹ huic
loco accidētes, quos ſpirādi difficultas comitat̄. Inq̄t
" enī. Angina periculoſiſſima eſt, celeriterq; enecat, ſi
" neq; in faucibus, neq; in ceruice quicq̄ apparet, ſi do-
" lor vehemens eſt, ſi vix ſpiritus trahit̄, eteni eodē die
" iugulat, licet interdū vſq; ad alterū aut tertiū aut etiā
" quartū protrahatur. Quæ vero in reliquis, nō mino-
" requidē dolore afficit, in faucibus vero tumorem, ru
" boremq; excitat. ſuperiori non minus periculoſa eſt.
" ſed longius ſpacium habebit. pręcipue ſi vehemēs fue
" rit rubor. Sed tum pręcipue malum prolongat̄, quū
" nō ſolum fauces, ſed ceruicem quoq; rubor occupat.

» Maxime vero poteſt ab ea ſecũda valetudo cõtinge-
» re, ſi rubor ſimul & ceruicẽ & pect⁹ cõprẽhẽdat, neq;
» ad interna reuertatur eryſipelas. Igitur ex iſs verbis
haud dubia cõiectura eſt, oms̃ affectus qui huic loco
accidũt, ſi ſpirationẽ quoquo modo reddant deterio-
rem, ab ipſo cynanchas (id eſt anginas) noĩari. Non-
dum ſolitis medicis cynanchen per k, ſynanchen ve-
ro per s. nominare. tantum abeſt, vt vel paracynan-
chen vel paraſynanchen dicerent. Quippe tũ primũ
homines res ipas neglexerũt, quũ nimio ſtudio noĩa
quẽrere inciperẽt. Itaq; quatuor iuentis noĩbus, qua-
tuor affectus ſignificari dicebant. Ac notas ipſorum
tradere aggreſſi, genus illud quod ſupra, quũ ſermo-
nem ex libro vulgariorũ morborũ ſecundo explica-
remus, omnino dereliquerũt. Atq; hæc ſunt quatuor
1 eorũ genera. Primũ vbi fauces inflãmant̃, fauces vo-
co internũ oris locũ, vbi ſimul cõueniunt, & gulæ, &
2 gutturis partes extremæ. Alterũ cũ neq; fauces, neq;
reliquæ oris partes, neq; etiã externarũ partiũ vlla ĩ-
flãmata videt̃, laborans tamẽ ſuffocationis periculũ
3 in gutture ſentit. Tertiũ vbi extriſecus circa fauces in-
4 flãmatio apparet. Quartũ vbi gutturis partes, tum
externẽ, tum interiores ſimiliter affectæ ſunt. At ſu-
pereſt adhuc alius ceruicis affectus, quem ipſi ſilentio
prẽterierũt, vbi ad anteriores partes vertebrẽ luxant̃,
et quidẽ ſolis ĩterdũ muſculis, qui cũ ipſis cõmunicãt,
tumore prẽter naturã affectis, vel nato ibi tubercl'o,
interdũ etiã faucibus pariter viciatis. Nõnũq̃ muſcu-
lis quoq;, quibus fauces gutturi iungũtur. Quinetiã
proprijs aliquãdo gutturis muſculis, qui ipm̃ aperi-
unt oblæſis. Per oẽs id genus affectus, ſpirandi qui-
dem difficultas oboritur, ſed citra ſuffocationis peri-

Noĩa quẽrẽ & res neglĩgi.

Anginẽ q̃-tuor genera

Fauces quẽ ſunt.

culũ, laborantes difficulter deglutiũt atq; dolore affi ciũtur, idq; ꝑcipue, cũ potus eis per nares reſilit. Accidit etiã ĩterdũ vt excedẽte inflãmatione, & ligua, & fauces, in tumorẽ attollant, queadmodũ & Hippocrates ipe tradidit. Verũ huiuſcemodi cognationum enarratio, ꝓpoſito noſtro nihil cõferre videtur. Nam lingua affecta reliquæ quoq; actiones deperduntur.

Spiratiõis vicium.

¶ At vbi vnica dũtaxat actio lęſa eſt, et ſedes affectę plures, tũ noſtri iſtituti eſt, vt ex reliquorũ accidẽtiũ varietate eas diſcernẽdo iueniam⁹. Quippe nullo ſpiritaliũ inſtrumentorũ quoquo modo, neq; primario, neq; per cõſenſum affecto, fieri minime poteſt, vt ſpiratio lędatur. Quũ itaq; multa ſint ſpirandi inſtrumenta, ac numeroſa quoq; partiũ multitudo, quibus ipſa cõſentire cõſueuerũt, nõ ab re multa diſcretione indiget is, qui & primario affectas, et cõſentientes ſedes, iuenire conatur. Igitur ex ſola ſpirãdi ſpecie, ilico nõnihil, et de affecta ſede, & de ipſa diſpoſitione, cõijcere licet. Quippe ſi videatur laborans, inter ſpirandũ, totũ mouere thoracẽ, vti parte quidẽ anteriore, ad iugulũ, in vtroq; latere ad ceruicẽ, in parte poſteriore ad ſcapulas vſq;, motus ipſius aſcendat, tres ex huiuſmodi ſpiratione diſpoſitiones ſignificantur. Vna eſt flãmea in pulmone, atq; corde caliditas. Altera in aliquo ſpiritaliũ inſtrumentorũ anguſtia. Tertia eſt facultatis muſclos thoracis mouẽtis debilitas.

Aeſtus ſigna.

Quũq; huiuſmodi ſpirationẽ conſpexeris, in primis arteriæ pulſationẽ perpẽdere oportet, hęc eni caloris copiã idicat. Atq; de ijs in libro de pręſagijs a pulſu, iam ſcriptũ eſt. Deinde ſpirationẽ ipſã cõſydera, an multa, an frequẽs, an exufflando fiat. Poſtremo thoracem in pectore tange, quẽ ſi ardentẽ inueneris, iam

oēs copioſi caloris notas te habere nō dubita. Quib⁹ ex abūdantia accedit, faciei, oculorūq; rubor, capitis ardor, ſitis vehemēs, lingua arida, & ſalebroſa, dicēte infirmo ardere ſeſe. Vbi vero incendij ſignis modum ſeruantibus, thorax vehemēter dilatatur, anguſtiam in ſpiritalibus inſtrumētis eſſe portēdit. Itaq; cōſyderes oportet, an guttur ſit affectū, an pulmo, an thorax ipē humoribus ipleatur, an tubercula in ipis nata ſint, quo igenere etiā abſceſſus numerātur. Atqui gutturis affectus, tū primarios, tū eos quibus per cōſenſum infeſtatur, iam pcurrimus. Pulmonis autem, thoraciſq; vicia, paulo poſt accuratius pſequemur. Nā in pſentia ſpinę dūtaxat affectus tractare ppoſuim⁹, tū alios, tū illos qui ei per ibecillitatē vocatā accidere ſolent. Porro ſolet imbecillitas accidere, interdum cerebri vicio, vtpote a quo. & ſentiēdi, & mouēdi facultatē recipit. Interdū ipa dūtaxat ſpina primario affectu laborante, idq; ob peculiarem intemperaturā, vel toti ſpinę, vel differētibus ipſius partib⁹ aduenientem, quā vulgariū medicorū mentes nequaq̃ compræhendere valent, quum tamen creberrime videant laborantes quoſdam adeo proſtratos, vt vix digitos poſſint mouere, quamuis omnibus thoracis partibus ſpiritum trahant, nullo ardente calore ad magnam ſpirationem ipſos cogente. Id vero ob huiuſmodi cauſas eis accidit. Liberā ſpirationem, ſolū ſeptum tranſuerſum, modo valeant vires, efficere ſolet. Vbi vero ob infirmitatem, ſpirandi munus perficere non valet, tum intercoſtalium muſculorū concurrit auxilium. Quod ſi præterea maiori animal ſpiratione egeat, tunc ſuperni muſculi omnes, quorum maximi, ſcapulas ſecum manifeſte mo-

Anguſtia.

Spinę ībecillitas.

Libera ſpiratio.

uēt, ad ſpirādi actionē requiruntur. Quum itaq; hominē ſpirandi opus oībus thoracis partibus ꝑficere videris, nō fuerit tamē frequēs ſpiratio, quantū thorax dilatet̄ perpēde. Inſuꝑ & nariū pinnas, eteni ipē quoq; & dilatātur & cōtrahūtur. Dilatat̄ autē thorax quidē, verū nō ſimiliter vt in ardētibus febribus, quū adhuc valent vires. Nam in ijs magna ex parte totus thorax dilatari conſueuit. Neq; etiā vt in illis, quibus id euenit ob aliquā ſpiritaliū inſtrumentorū anguſtiā, vt in āgina, atq; in dyſpnœa, quā fluxio affatim deſcēdens induxit. Neq; quibus ab vtraq; cauſa ꝓuenit, vt in peripneumonia. Quippe hoc morbo affecti, & maxima & frequētiſſima ſpiratione vtuntur. Cæterū queādmodū ob viriū infirmitatē, ita ob vnius quoq; particulę particularē imbecillitatē, ōnes thoracis partes dilatari cogūtur. ¶ Igitur athleta Secundus noīe, qui ſatis quid pateret̄ intelligebat. ſentire ſe manifeſte in ſepto tranſuerſo dixit ībecillitatem. Atq; idcirco cogebatur ītercoſtales muſculos ſine intermiſſione mouere, atq; nōnunq̄ ſuperiores quoq;, interdū autē zonam circundās pręcordiorū partib⁹, ſola tranſuerſi ſepti motione, ſufficiēter ſpirabat, atq; tum quieſcebat. Verū an ad ſepti tranſuerſi muſculū, an ad neruos qui ad ipm perueniūt, an ad aggregatum ex vtriſq; pertineat huiuſmodi ībecillitas, mihi quidē explicatu perdifficile videtur. ¶ Idem ſpirationis genus etiā ī alio quodā notaui, quē quū aliquādo equus in pręcordiorū regione calcitraſſet, adeo atrociter, vt oborta in ſepto tranſuerſo inflāmatione, mortis ſubinde periculum īmineret. Is licet euaſerit a periculo tutus, ab ībecillitate tamē liberari nequiuit. ¶ Alteri etiā, qui a vehementi peripneumonia infe-

Secundus.

ſtabatur, brachij tam externę, quã internę ꝑtes, a cubito ad ſummos vſqꝫ digitos, ſenſus difficultate laborauerunt, atqꝫ motus quoqꝫ nonnihil lęſus eſt. Huic pręterea nerui, qui in primo atqꝫ ſecundo intercoſtali loco inueniuntur, noxam ſubierunt. quorum primus nõ contẽnendę magnitudinis, per intimas partes abditus defertur, ſed ei qui ipſum præcedit admixtus, atqꝫ multifariam diuiſus, vt in arte ſecandi corpora videre eſt, cuius etiã partes aliquę ꝑ interiorẽ cubiti regionẽ, vſqꝫ ad digitorũ extrema ꝑueniũt. Altervero neruus tenuis quidẽ, nulliqꝫ admixtus, per axillam ſub cute ad brachiũ defert̃, diſpſus per cutis tam exteriores, q̃ internas partes. Huic homini celeriter ſanitas reddita eſt, adhibito medicamẽto ei loco vnde nerui prodeunt, iuxta primũ, ac ſecundũ intercoſtale ſpaciũ. ¶ Atqꝫ ſanati ſunt quoqꝫ nõnulli, quibus vtrũqꝫ crus paulatim reſolutũ erat, adaptato lũbis medicamento, in eo ſpinalis medullæ loco, vnde cruribus nerui aduenιũt, nullũ reſolutis cruribus medicamen adhibẽdo. Neqꝫ eni ipõrũ ſed medullę proprius erat affectus. ¶ Vidimus aliũ, cui magna oborta ſuppuratione in altera nate, iuxta cruris initiũ, nerui eiuſdẽ cruris per inciſionẽ nudati ſunt, ſed ea parte ſanata, toti mẽbro mouẽdi difficultas accidit. Itaqꝫ cõijciens durũ quidpiã, a priori inflãmatione in neruo derelictũ, quod huiuſmodi diſpoſitionẽ iduceret, affecto loco idoneum medicamẽ adhibendo, hominem perfecte ſanaui. ¶ Quod autẽ de partibꝰ faciei dictũ eſt, id de reliquis quoqꝫ oĩbus eſt intelligendũ. Quippe vnica dũtaxat pereũte actiõe, ſolũ muſculũ, qui ipſam efficere ſolet, aut neruũ ipſius, affectũ eſſe putandũ eſt. At vbi plures actiones viciatę ſunt, non

eodē i loco, accidit iterdū, oēs ei⁹ muſculos, acsi a liq̄ cauſa lędi. fieri etiā poteſt, vt neruus aliquis, qui muſculis illis cōis eſt, afficiatᷣ. ¶ Pręterea piſcator quidā, quū in fluuio piſces venaretur, adeo circa ſedē, & veſicam infrigidatus eſt, vt ipſo iuito effluerent & alui excremēta, & vrina. Atq̃ hic quoq̃ per calida remedia affectis muſculis adhibita, celeriter ſanus euaſit. ¶ Item alter eiſdē moleſtatus accidētibus, ſine tamen manifeſta cauſa, lęſis circa os ſacrū neruis, multo tēpore per multa p̄ſidia, vix ſanatus eſt. Igiᷣ quod protinus ab initio dicebā, illius nūc quoq̃ mētionē faciēdo, ad alia me diuertā. Eteni ſi ex arte quę corꝑa ſecare docet, ad quā particulā deſcendāt ſinguli nerui, a ſpina ꝓdeūtes, cognoueris, affectas ſedes quāfacillime inuenies. Ex artis itaq̃ actionibus horū omniū examen re ipſa depręhēdite. Namq̃ ſępenumero vidiſtis ex huiuſmodi notitia, manifeſte iuuari laborātes. Quippe non ſolū crura, & manus temere ac fruſtra vulgares medici, tota die noctuq̃, calidis medicamentis illinūt, pretereūtes locū, vbi vel ſpina, vel neruus aliquis ex ipſa emergens, lęditur. Verū etiā caput cuiuſdā, nō ita pridē, ipoſitis medicamētis vehēmēter calidis, vlcerauerūt, putātes ſenſū ip̄ius grauiter lęſū, hoc pacto poſſe reuocari. Atq̃ hūc ip̄m ſanauimus, inuenta ſede affecta, tū ex reliquis accidētibus, tū ex euidētibus cauſis. Nam ſuꝑ ſingulis interrogauimus. Quarū vna huiuſmodi erat. Quū ſub multa niue ac vento ipetuoſo ambulaſſet, palliū circa ceruicē madefactū aiebat, adeo vt vehemēti ſe frigore in ea parte affectū ſentiret. Itaq̃ ſi ſciueris ex primis ſpinę vertebris, quatuor neruos ad caput aſcēdere, a quibus pellis ip̄m ambiēs, ſenſum accipit, facile ſedē affectā inue

Piſcator.

nies. Hac igit̃ ſanata, capitis quoq; pellis pariter ſanata eſt. vtpote quę nulla primaria affectiōe laborabat. Medici vero neq; hmōi neruos, neq; eos qui per ſingulas cutis partes diſperſi ſunt, cognoſcētes, q̃uis prẹſentaneũ ſit eis remediũ, quod minime particulę iuxta nerui initiũ adhiberi deberet, ipſi partes illęſas multo negocio moleſtāt. Ego vero ſępenumero vos monui, alios quidē in ipſa ſpina veluti radicē habere, alios vero vt ex magnis ramis, atq; ipſis quoq; e ſpina exortis, procedentes, qui rurſus diuiſi, diſtribuũt̃, Atq; alij per vniuerſas fere cutis partes, alij per pauciores. Quo magis miror diſſectores ipos, illos nō cognoſcere, quũ in neruorũ reſolutione quęrũt, quā ob cauſam reſolutarũ partiũ non ſemp̱ & motus, & ſenſus pereat? videntes aliquando ſenſum dũtaxat, aliquando & ſenſum & motũ ſimul deperdi. Arbitrantur namq; neruorũ, qui per muſculos diſperſi ſunt, reliquias, ad cutem tēdere, quũq; diuiſus per muſculum neruus, affectus eſt, ſiquidem vehemens fuerit vicium, & ſenſum et motũ ſimul lędi, ſin leuius fuerit malũ, ſeruari quidē ſenſũ, vtpote qui nō tātũ roboris deſyderet, motũ ꝟo, eo ꝙ robuſtis egeat virib⁹, p̱ire. Interdũ enī vnus muſculus, vel totũ crus, vel manum mouet, ac proinde viribus indiget, qui ſi ita afficiat̃, vt munus ſuũ perficere nequeat, membrũ ipſum immobile reliquit. ſentiēdi vero facultas partiũ affectiones diſcernens, illęſa tunc permanet. vt quæ nō ita validis egeat viribus. quppe nihil min⁹, imo magis etiā, pati poſſunt, partes quũ debiles fuerint, efficit enī imbecillitas, vt facilius affectio a ſenſu dinoſcat̃. Igitur ratio ipſorũ in huiuſmodi quidē neruorũ reſolutione probabilis eſſe poteſt. Vbi vero deperdita ſentiēdi fa

Senſus. Motus.

Senſus amiſſus motu icolumi.

cultate, mot⁹ nõ perit, nõnulli quidẽ adeo vanas adduxere rationes, vt ſatius fuiſſet eos conticeſcere. nõnulli vero cognita huius queſtionis difficultate, non grauati ſunt dicere huiuſcemodi paralyſis ſpeciem, qua ſeruato motu ſenſus perderetur, neminẽ vnq̃ vidiſſe. Sane qui arroganter ſibi ſectæ alicuius principatũ vſurpant, artis vero opera nunq̃ in exercitatiõis vſum duxerũt, ijs nihil tam difficile videt̃, quod non intrepide profiteãtur. Verũ magna ex parte mentiũtur. atq; vt ſcribũt nõnulla, perinde ac ſi ipa frequẽter cõſpexerint, quorũ tamẽ ne ſomnia quidẽ vnq̃ viderunt, ita plurima nunq̃ videri aiunt, q̃uis creberrime conſpiciantur.

¶ De ſanguinis ſputo. Cap. VI.

At q; conuenit quidẽ inter medicos, ſanguinem e gula vẽtriculoq; vomitione, ex ſpiritalibus partibus tuſſi, ex faucibus & gurguliõe ſcreatu, ex ore ſimplici expuitiõe expelli. Nos vero ſanguinem, qui a cerebro, ad gurguliõis partes internas, quę faucibus prępoſitę ſunt, affatim deſcendebat, tuſſiendo educi ſępenumero cõſpeximus, quippe ſubito gutturi irruens, tuſſim mouere poteſt. quare diligenter aduertere animũ oportet, ne aliquãdo huiuſmodi ſanguinẽ, ex ſpiritalibus inſtrumentis aſcendiſſe putemus, exemplo illorũ medicorũ, quos equidẽ noui nõ recte erroris accuſare pręſtãtiſſimos medicos, quũ ipſimet errarent, credentes huiuſmodi ſanguinis eruptionẽ eſſe quãpericuloſiſſimã, vtpote pulmone vehemẽter affecto. Neq; eni par eſt, exigua vena diſrupta, tantũ effluere ſanguinẽ. Cęterũ cõtingit plerũq; vt vel eroſa, vel exeſa, vel vtcũq; nomiare

volueris, vena ſanguis affatim tuſſiendo eijciať. Quū eni retroactis temporibus, quis ex nō ita multis iter= uallis, quotidie ſanguinē tuſſiendo expuere cōſueue= rit, ſupueniatq; ei poſtea multi ſanguinis iter tuſſiē= dum eruptio, & quidē neq; ab alto cadenti, neq; ī cer tamie, neq; paleſtra grauiter vulnerato, neq; etiā ſub vllo graui pondere oppreſſo thorace, reliquū fuerit, vt cōijciamus, ob auctā eroſionē, plurimū ſanguinē inter tuſſiendū fuiſſe reiectū. Atq; non pauci ſic affe= cti, pulmonis quaſdā particulas ſimul cū ſanguine e= iecerunt. Quocirca diligenter cōſyderare oportet, an ſpumoſum quidpiā ſimul educatur. Id eni efficaciſſi= mū fuerit indiciū, quod ex pulmōe facta ſit excretio. Haud ſecus ſi bronchi pars quędā, aut arteriæ, aut venæ tunica, aut etiam pulmonis ipſius carūcula eij= citur. Quippe nihil horum accidit ijs, qui ex thorace ſanguinē tuſſiendo producūt. Ac ne dolor quidē in= feſtat eos, quibus a pulmone ſanguis erūpit, vtpote qui duos neruos perq̄ tenues, a ſexta neruorū a cere= bro ortorū cōiugatione recipit, extrinſecus ꝑ mēbra= nam ipm cōtinentē diſperſos, qui intrīſecus haudq̄q̄ per viſceris ꝓfunditatē extendūtur. Verū thoraci (vt ſcitis) multi ab internis, multi etiā ab externis parti= bus, adueniūt nerui, quibus facile dolores percipi poſ ſūt. Pręterea thorax muſculis, oſſibuſq; abūdat, pul= mo vero laxus eſt, atq; ab afflictione tutus. Proinde thoracis dolores intēſiores ſunt, pulmonis remiſſio= res. Quū igitur dolēte thoracis parte quapiā, ſangui= nē quis ſpuēdo reiecerit, neq; multū, neq; rubrū, ſed nigricātē, grumoſūq;, huic thorax primaria affectiōe infeſtať. Sanguis autē ex pulmone educiť, eo modo quo pus in ſuppuratis affectib⁹, vbi videlicet iter tho

Bronchos.

racem & pulmonē, ſenſus iudicio contineri percipit, haud ſecus quā in pleuriticis quoq; ſputū quomodolibet coloratū apparere ſolet, queadmodū in quinto huius cōmentationis libro vtcunq; dicemus. ¶ Conſequēs eſt vt de vlceribus quę ſanguinis reiectioni ſuperuenire cōſueuerūt, deinceps dicere aggrediamur.

Pulmonis vlcera.

Ea ī pulmone creberrime fieri poſſunt, ac curationē (vt quibuſdā videt) nequaq̄ admittūt. aut (vt alij putant) difficulter admodū ſanant. At in thorace diſrupta vaſa, a quibus ſanguis expuitur, magna ex parte cōglutinant. Nunq̄ eni huiuſmodi vlcera, vel diuturna, curationi oino reſiſtūt. Quę vero in pulmone longo iā tēpore ꝑmanſerunt, q̄uis aliquādo curent, relinquitur tamē in ipo res quędā calloſa, fiſtuloſaq;, quę tractu tēporis, a leui occaſione expelli ſolet. Atq; cū ijs quę inde expuunt, miſcent ramenta a medicis vocata, ac cruoris exigua quędā guttula, qua in re, cū vlceribus ī alijs ſedibus genitis, cōmunicāt. Verū ex gula vētriculoq;, vomitu, ex renibus & veſica, cū vrina, ex inteſtinis vero, deiectione excernūtur. Sed ex ſpiritalibus inſtrumentis, nihil ſine tuſſi expui poteſt. Quod ſi pluribus deinceps diebus, aliquis cruorē & ſcreauerit, & emunxerit, idq; citra capitis vel dolorē, vel grauitatē, ſiue præſentē, ſiue præteritā, neq; is ex ictu procedat, In hoc totū per nares meatū, atq; eam oris ſedē, qua ad nares foramen tendit, accurate cōſyderare oportet. Nam fieri poteſt huiuſmodi accidēs, hirudine huic loco adherēte, quę quidē in dies augeri ſolet, q̄uis eni primis diebus, vtpote exigua, ſenſū effugiat, tertio tamē, quarto ve die, haud obſcure videri poteſt. Eadē ratione ex ventriculo quoq;, cruor epota ſanguiſuga euomitur, ſed eſt huiuſmodi cruor

Thoracis vlcera.

Ephelcis. Ramentū.

Hirudo.

tenuis ſanieiq́ʒ ſpeciem refert, ſiue is ex vẽtriculo, ſiue naribus, ſiue ex ore ferať. Igitur cũ talẽ videris, ac hominis cõſyderato habitu ſup̲ pręteritis eũ interrogaueris, ex oĩbus, rei ipſius veritatẽ facile cõijcies. Equidem quũ viderẽ hominẽ, integra valetudie, huiuſmodi cruorem euomentẽ, interrogaui qua victus ratione antea fuiſſet vſus, ille vero inter alia quę narrauit, hoc quoq́ʒ addidit, quod quum nocte quadã ſitiret, miſſo puero qui aquam afferret, ex ĩmundo fonte bibiſſet. Quibus auditis, ſciſcitatus ſum, apparuiſſent ne aliquando ſanguiſugæ in ipſo fonte, qui quũ id quoq́ʒ fatereť, epoto ſubinde idoneo pharmaco, hirudinẽ vomitione reiecit. ¶ Porro quũ alter quiſpiam huiuſmodi cruorẽ emungeret, & expueret, ipſo narrante audiui, eum rure, æſtatis tempore, in ſtagno quodã, cum cæteris iuuenibus iuuenili ludo, qualem adoleſcentes in aqua ludere ſolent, exercitatũ, tum ego ſciens in eo ſtagno ſanguiſugas eſſe, duxi laborantem ad ſplendorem, conuerſoq́ʒ directe ad ſolis radios narium foramine, in eo meatu vbi naſus ad oris regionem perforatur, hirudinis in meatu ſuſpenſę caudam cõſpexi. Has igitur hiſtorias, vtpote perquã cõducibiles, vobis narrare operępreciũ duxi.

Caue ne hic p̄ ſaniẽ pus intelligas, ſed id qđ a gręcis ichor, a barbaris viruſlentia dicitur.

¶ Quibus notis viciata voce, affecta ſedes deprehendatur. Cap. VII.

QVod in propoſito ſermone, lęſionẽ putare oporteat, etiã ſi nõ penitꝰ tota partis actio ſecundũ naturã deperditur, ſępenumero iam diximus. Nec ab re fuerit id in præſentia monuiſſe. Præterea (q̃uis nõ ignoretis) monitos vos veli, nõ eãdẽ eſſe rẽ, vocẽ & ſermonẽ, ſiquidẽ vox vocaliũ in-

Loquela. ſtrumētorū mun⁹ eſt. Loquela vero, eorū quę ſermōi deputata ſunt. Inter quę lingua principatū obtinet, cui nō parū cōferunt, & nares, & labra, & dentes. Sic etiā vocis inſtrumenta ſunt, guttur, & muſculi ipſum mouentes, atq; nerui, qui a cerebro ĩpĩs vim deferūt. Igitur ſi vel claudentes, vel aperiētes guttur muſculi, ĩmobiles reddantur, qui ſic afficitur obmuteſcet. vbi vero, vel difficulter mouētur, vel vibrant, aut tremūt, pro affectionis ipſius modo, vox ipſa lędetur. Similiter, ſi vel cōuellēdo, vel quatiendo, mouenť, aut vbi imbecillæ ſunt ĩpĩs vires, ſiue ob ſuam ipſorū, ſiue ob neruorū ipſos mouentiū affectionē, obſcurā efficient vocem. Quod ſi alius quiſpiā ex mouentibus guttur muſculis, quoquo modo afficitur, lędetur quidē vox, ſed paruū erit viciū. atq; ſic affectus, neq; obmuteſcet oĩno, neq; ita exiguā habebit vocē. Igitur vt ex muſculis guttur mouētibus, p̄cipui habenť, ij qui ĩpm & aperiūt, et claudūt, ita ex vocalib⁹ neruis, ij quos recurrētes vocāt, qui et ĩpĩ ſextę cōiugationis pars ſunt, eorū videlicet, qui a cerebro oriūtur, queādmodū & alij, qui quidē per ĩpm diſperſi differūt ab illis, eo q̄d a neruis ſextæ cōiugationis nō in ceruice, ſed cum ad thoracis regionē peruenerint, abſcinduntur. Nullus itaq; tam ineptus diſſector eſt, qui ſextā cōiugationē totam ſecet inuitus, q̄uis recurrentes nerui ob imperitiam nonnunq̄ dilanientur. Accidit vero interdū in magnis aſperæ arteriæ vulneribus, vt vna cū ipſa arteria, vel alter, vel vterq; incidatur, qui tum ſub manus operatione infrigidatus, tantiſper vocem impediet, donec calefactus, naturalem temperaturam recuperauerit. Quinetiam viciari vocem haud obſcure contingit, quum vel acutior, vel maior redditur,

Recurrētes nerui.

ob id quod fauces a ſuis muſculis nequeant intendi. Item grauiſſime læditur vox, vbi mēbrana, quę faucibus & gutturi cōmunis eſt, multa humiditate rigatur. Quod etiam fluctiones eadem ratione vocē raucam efficere poſſint, nemo non intelligit. Vehemens quoq; exclamatio, ſiľiter vocē afficit, vtpote quę ſiľem inflāmationi circa iam dictam membranā, atq; gutturis muſculos, parit affectū. Cęterum quū gutturis interni muſculi inflāmantur, eum affectū, anginā eſſe conſtat, quę ſimul & vocē, & ſpirationē lędit. Ac idē quoq; in vniuerſum facere ſolent omnes pręter naturam tumores, ſiue in ſpiritalibus vijs exoriantur, ſiue extrinſecus ipſas cōprimāt. Sic eni gula quoq; vbi inflāmatione affecta eſt, ac ſubinde cōprimit aſperę arteriæ tunicam, qua cartilaginū ipſius partes extremę ſigmoides vocatæ (id eſt quę ſigma literę figuram referunt) coniūguntur, & ſpirationi, & voci noxam afferre cōſueuit. Haud abſimile quoq; vicium inducit, vertebrarū ceruicis in anteriorē partem luxatio, ſed de his iam antea dictū eſt. Igiť oēs huiuſmodi affect9 voci adueniūt, proprijs ipſius inſtrumentis familiari aliquo vicio, ſiue primogenia affectione, ſiue per conſenſum laborātibus. Nam id ad propoſitum ſermonem nihil conducit. ¶ Sunt pręterea alij affectus, cū peculiari ſua materia priuať. Atq; in cōmentarijs de voce dictum iam eſt, quod propria huius actiōis materia, generatim quidē loquendo, eſt expiratio. ſecūdum ſpeciem vero, atq; propriā differentiā, exufflatio, quęquidē eſt, quū affatim ſpiritus foras effertur, intercoſtalibus muſculis ad hanc actionē concurrentibus. Vnde fit, vt per vehementia thoracis vulnera, atq; omnino ipſius in altera parte reſolutionē, in pri-

Angina.

mis quidē ſemiſpirans, ac ſubinde per accidens ſemimutū animal euadat. In apoplexia vero, ſopore, morbo comitiali, vigilanti ſopore, cōmuni ratione earum actionū quę ab impetu & volūtatis īperio procedūt, vocem lędi cōtingit, ſiue ſpinæ partes primę, ſiue ſimul cū ijs cerebrū quoqꝫ afficiatur. His itaqꝫ quinqꝫ inter ſe cōſequentia quadā cōuenientibus, expiratione, exufflatione, citra ſtrepitū exufflatione, ſtrepenti voce, loquela. ſi earū prima lędatur, reliquas omnes lædi neceſſe eſt. vltima vero lęſa, reliquæ haudquaq̄ lędūtur. At cū ſecunda, tres reliquæ læduntur, cum tertia, duæ vltimæ, cū quarta vero, ſola poſtrema lęditur. Eteni ſi nihil oīno ſpiret animal, vel ex vtriſqꝫ thoracis partibus, vel ex altera parte dūtaxat, & quidem ſi ex vtriſqꝫ, celerrime ſuffocabit̄, ſi ex altera tantum, ſemiſpirans, atqꝫ ſemiuocale reddet̄, perdetqꝫ ſimul reliquarū deinceps duarū actionū partē dimidiam. Quarū alterā exufflationē citra ſtrepitū, alterā vero, ſtrepentē noīare cōſueuimus. Quod ſi expiratione ſeruata, corrūpatur exufflatio, reliquæ tres actiones, ſtrepēs exufflatio, vox, & loquela, ſimul corrūpent̄. Sicut voce ꝑeunte, loquelā quoqꝫ perire neceſſe eſt. Cū itaqꝫ dictarū actionū opifices muſculos cognoueritis, ſuꝑeſt cōſyderare, qui ex ipſis proprio affectu laborent, & quorū actio lędatur per accidens. Quod ſi quidpiam eorū, quę ex corporū diſſectione vidiſtis, obliuiōi tradideritis, admonebūt vos, ij quos de reſpirationis cauſis, atqꝫ de voce perſcripſimus, cōmentarij. Atqꝫ de his īpis, in ſecūdo libro de viuorū diſſectione, etiā dictū eſt. Sane expirationē faciunt, vniuerſi thoracē cōtrahentes muſculi. Exufflationē, quæ vehemens expiratio eſt, intercoſtales maxime.

Strepentē exufflationē, ij qui in faucibus ſunt. Vo=
cem vero ipſam, gutturis muſculi efficiūt. Sed lingua
articulatim vocē diſtinguens, loquendi vſum pręſtat.
atq; nōnichil ad hanc rem cōferre videntur dentes, la
bra, nariū foramina, palatū, gurgulio, pręterea me=
diocre linguæ ipſius viculū. Itaq; balbis bleſiſq; atq; Balbi. Bleſi.
alijs qui ipedita ſunt loquela, loquutionis inſtrumē=
torū aliquod, aut cū natura ipſum formaret, aut po=
ſtea, lædi certū eſt. Veluti quum vel polipus, vel aliud
quidpiā, nariū foramina obſtruit, aut ex primis den=
tibus aliquis deperditus eſt, aut vbi labia fuerint mu=
tilata. Verū quo pacto quidā tenuem obtineāt vocē,
ac pręterea quomodo aliæ vocis, tū differentię, tum
affectiones, fieri poſſint, vt rauca, reſonans, tenuis, a=
ſpera, obſcura, in cōmentarijs de voce ſufficienter di=
ximus.

¶ Quibus notis ſedes affectæ in dyſpnœa deprę=hendantur. Cap. VIII.

ATq; de dyſpnœa (id eſt difficili reſpira
tione) iam antea, vbi ſpinæ paſſiones
ꝑcurrimus, multa dicta ſunt, quorū in
pręſentia meminiſſe opępreciū eſſe du
cens, ea quę ad huiuſmodi cōtēplatio=
nē deſyderari poſſunt, ſubiūgere decre
ui. Itaq; i vniuerſum expedite vos meminiſſe velim,
muſculorū thoracē mouētiū, neruorūq;, qui ad īpos
ꝑueniūt, quos in corporū diſſectiōe vidiſtis. Igit̄ itro Difficilis ſpirationis cauſa.
eūtes ad hoīem difficulter ſpirantē, in primis cōſyde=
rate, an omnes thoracis muſculi moueantur, an ſoli
intercoſtales ſine ſuperioribus, atq; an ſimul cum in=
tercoſtalibus p̄cordia quoq; moueant̄. Quum itaq;
cōſpexeritis oēs moueri, vnā ex tribus, quas dicemꝰ,

cauſis, huiuſmodi motionem efficere putandum eſt, ac ſubinde quę ſit illa. quę nunc infeſtat, perpendere oportet. Quod ſi nō omnes mouent̄, aliter definire. Subijciamus igitur aliquē omnes ſimul mouere muſculos, vt pectus, vna cū ſcapulis manifeſte ſubleuet̄. In hoc ex tribus vnū aliquod cōijcere neceſſe eſt. Aut viriū imbecillitatē, aut viarū ſpiritus anguſtiā, aut vehemētē in corde & pulmōe calorē. Quis īterdū duę, ac nōnunq̄ (licet raro) tres quoq; ex iam dictis cauſis cōcurrere poſſint. Atqui tribus quidē ſimul cōueniētibus, proximā mortē timere oportet. vbi vero duæ fuerint, difficile eſt egrū ſeruare. Sed vna dūtaxat infeſtante, peculiari opus eſt finitione, vt ſciatur, vtrum ad ſanitatē perueniet eger, an ſub malo ſuccūbat. Igitur vbi vires dūtaxat fuerint infirmæ, ad tria mouētiū muſculorū genera venire, eoſq; omnes ad motionē excitare ſolent, vno genere mouere pectus nequeunte. Quippe ſi ſeptū tranſuerſum ſolum, veluti quū ſecundū naturā ſe habet, ſufficienter mouere poſſet, neq; intercoſtalibus, neq; ſuperioribus muſculis indigeret, qm̄ vero ībecillū eſt, oēs ſenſim mouet, ſed neq; frequentē, neq; raram omnino facit actionē. His igit̄ adhibenda eſt mens, nam cętera haud difficulter per ea diſcernunt̄. Sane plurimū aucto in ſpiritalibus inſtrumentis calore, oibus quidē thoracis muſculis agit animal, ſed velox, frequens, & vehemens, eſt eorum actio, quando videlicet citra viriū imbecillitatē, calor infeſtat. At viriū imbecillitatē, vbi flāmeus calor non acceſſerit, neq; velox, neq; frequens oīno comitat̄ motus, proinde nō ita multū, oēs thoracis partes dilatare poteſt. Quippe hoc dyſpnœę genus, cū ea quę ob nimiā incenſionē facta eſt, vnū cōmune habet, quod

oẽs thoracis muſculi per ipſam agere cogunt. Q uin‑
etiam vbi ob plurimum calorem ſpiratio difficilis eſt,
præter magnitudinẽ, frequentiã, & celeritatem, hoc
quoq; accedit, ꝙ calidus, feruenſq; ſpiritus, exufflan‑
do producitur. vbi per virium imbecillitatem, nulla
ab ore facta exufflatione, ex ſolis narib⁹ emitti ſolet.
Q; ſi per inſpirationem cuipiam nariũ pinnæ mani‑
feſte contrahi videãtur, id vero efficax proſtrati robo
ris indicium eſt, ob ſpiritalium vero inſtrumentorum
anguſtiam, totus quidẽ thorax magna ex parte, & ce
leriter, & frequenter dilatatur. ſed qui ſic laborant ex‑
ufflare omnino non conſueuerunt. Si vero ſimul con‑
ueniunt in ſpiritalibus inſtrumentis, & calor, & angu
ſtia, vt ĩ peripneumonia, tum neq; maxima, neq; fre‑
quẽtiſſima, neq; etiam celerrima ſpiratio ſufficere po
teſt. ſed ſurgere tentant ſic laborantes, etenim ſentiũt
hoc pacto thoracem facilius dilatari. quippe qui de‑
cumbentibus in ſeſe concidit, eo ꝙ pectoris partes ad
ſpinã declinãt, qua erecta thorax etiam ſimul fertur,
non amplius ſeipſũ grauãs. Ac ſimiliter quoq; reſpi‑
rare ſolent, ij quibus aſperæ pulmonis arteriæ pluri‑
ma defluctione opplentur, aut vbi ex proximis locis
in ipſas aliquid deriuatum eſt, a ſuperioribus vero v‑
nica duntaxat re differunt, quod neq; exufflãt, neq;
calidũ ſpiritũ emittunt. ¶ Sic etiam ijs, quibus inter
thoracem pulmonemq; magna puris quantitas colle
cta eſt, quos ſuppuratos vocant, totus thorax attol‑
litur. ſed neq; calidus eſt ipſorum ſpiritus, neq; etiam
exufflando emitti ſolet, niſi adurẽs fortaſſe febris ac‑
ceſſerit. Verum ij celerrime ſuffocantur, tum ob affe‑
ctum ipſum, tum ꝙ vires omnibus ſuppuratis ex ne‑
ceſſitate imbecilliores redduntur. Sed non neceſſario

Suppuratorum reſpiratio.

in fluctionibus quę ad pulmonē irruūt, aut peripneu monia, aut aſthmate (id eſt anhelatione) robur ꝓſter nitur. Nā cōtra per anhelantes affectus, craſſis & viſcoſis humorib⁹ pulmoni impactis, vires robuſtę, cōſtāteſqꝫ permanere poſſunt. Atqꝫ ſi tuberculū, coctu difficile, aliquādo in ipſo natū fuerit, thorax maxime quidē dilatabit, ſed nō ita multū inſpirabit aerē. Ac licet cōtinenter ſpirare cogatur, nō tamē exufflare ſolet, id enī aucti caloris ꝓpriū eſt. ℭ In eādē dyſpnœę ſpeciem labuntur, ij quoqꝫ quos angina moleſtat, ob anguſtiā quidē, nō exiſtentē tamē in cōcauitatibus, q̄ inſpirationē ſuſcipiūt, ſed in ijs quæ ipſā trāſmittunt. Quibus vero, & abſceſſus, & inflāmatio, atqꝫ humorū plenitudo, in thoracis aut pulmonis cauernis cōſiſtit, nulla opilatione accidente in gutturis atqꝫ aſperę arterię concauitatibus, illis videlicet quæ inſpiratum aerem ſuſcipere ſolent, ſi tū anguſtia cōſtringat, ex neceſſitate ſequetur magna thoracis dilatatio, ſed nō ita multus trahetur ſpiritus. Proinde laborantem & celeriter, & frequenter ſpirare neceſſe eſt. ℭ Præ omnibus autem vos meminiſſe velim, magnæ reſpiratiōis geminas eſſe differētias. fit enim interdum ob dilatationis a thorace procedētis magnitudinē, interdum vero ob inſpirati aeris multam eſſentiam. Scitis nimirū ꝙ ſæpenumero vos admonere ſoleo earū reꝝ, q̄ a priorib⁹ omiſſæ ſunt. Nam quas ipſi perſequuti ſūt, earum propter ſcriptorū multitudinem, facilis atqꝫ in promptu eſt memoria. Sunt nonnulla quę neqꝫ ab Hippocrate (quamuis accurate de dyſpnœa ſcripſerit) definita ſunt, neqꝫ ab vllo poſteriorum ea quę ipſe reliquit, elaborata diſcuſſaqꝫ ſūt. Atqꝫ idcirco neceſſarium eſſe putaui, creberrime illorum vos admonere.

Tuberculū i pulmone

Angina.

¶ Igitur quicunqꝫ ſine inflammatione, vel omnino ſine aliquo præter naturam tumore, aut anguſtia ſpiritalium inſtrumentorum, per febres ardentes, difficulter ſpirant, ijs inſpirati aeris quantitas, magnitudini dilatationis thoracis, proportione reſpondet. Quibus vero vel tumor vel āguſtia ſine flāmeo calore in ſpiritalibus eſt, in his thoracis quidē dilatatio maxima eſt, id vero quod inſpiratur, non ſolū dilatationē proportione non aſſequitur, verum etiā minus q̄ ſecūdū naturā inſpirari ſolet, attrahitur. At ſine diſtinctione, vnā diſpoſitionē oſtēdit magna thoracis dilatatio, ſi raritatē ſimul acceperit. Verū aiaduertere oportet ne aliquādo ī hac decipiamini, putātes eā ſpirationē, quæ ob viriū imbecillitatē oīb⁹ agētib⁹ muſculis efficit̄, eādē eſſe cū magna. Quā eqdē, quo clarior eſſet īterpretatio, ſublimē vocare volui, nā tū ī aīm venit, vt perpenderē Hippocratē ſublimē vocare ſpiritū, eū qui altioribus thoracis partib⁹ īſpirat̄. Queadmodū quū inquit. Magn⁹ ſpiritus et ex lōgis interuallis, deliriū declarat. Cōſtat eū, magnū ꝑ multo dixiſſe. Is vero bifariā fieri poteſt, vel ſine ſuperiorꝫ muſculorū actione, vel ipſa quoqꝫ cōcurrente. Nā plerūqꝫ intercoſtales muſculi, vna cū ſepto trāſuerſo, ad multā thoracis eleuationē qua multus ſpiritus alliciatur, ſuperiorū muſculorū auxilio nō indigent. Q đ vero huiuſmodi eleuationis ſpecies, delirium portendat, in commentarijs de dyſpnœa iam oſtendimus, vbi etiā cuiuſlibet difficultatis anhelit⁹ diſpoſitio, declarata eſt. Nūc vero, vt cōpēdio q̄dā, hic explicam⁹ eos affect⁹, q̄s ī alijs ātea cōmētarijs iā ꝑcurrim⁹, Ita & de dyſpnœę differētijs, partī quidē dictū eſt, partī vero in ſequentibus dicemus, Nā magnarum reſpira-

Sublimis reſpiratio.

Hippocrates.

tionum, alia quidem crebra eſt, atq; huic ſunt differẽtiæ perplures, quarũ aliæ alias diſpoſitiones indicãt. Alia vero rara, vnicam indicans diſpoſitionẽ. Sic etiam de exigua dicendum eſt, ꝙ rara quidem ſpiritalium inſtrumentorum frigiditatem, frequens vero nõ ſolum ſpiritalium, ſed eorũ quoq; quæ cũ ipſis mouẽtur, vt hepatis, lienis, ventriculi, gulæ, laborẽ portendit. ¶ Quum igitur plures fuerint diſpoſitiões, quas inter mouendum vehementius dolor comitatur, tum ex alijs notis, & conſyderandũ & definiendũ eſt, ſiue inflãmatio quędã, ſiue eryſipelas, ſiue vlcus, ſiue abſceſſus dolorem efficiat. Quinetiã didiciſtis ꝙ ĩęquales intemperaturæ, dolores excitare ſępenumero ſolent. Similiter ſpiritus crudi flatuoſiq; copia, qui arctatus aliquando, partes ipſũ ambiẽtes diſtendit, aliquando vero violenter egreditur. Præterea calidi & acris, aut frigidi & lenti humoris abundantia, ſi aliquando retentus ſuccus, ambientia corpora diſtẽdat, aut inde violẽter exeat, dolores efficere poteſt. ſed magis afficiuntur inſtrumenta, hmõi res continentia, ſi non moueantur, min⁹ vero vbi mouentur. Verũ in libris de dyſpnœa, cauſã explicauim⁹, cur exiguę ſpirationis, frequens quidẽ ſpirit⁹, motorũ per reſpirationem inſtrumentorum, laborẽ ſignificat. Rarus vero, vehementẽ refrigerationẽ, & quidẽ ſpiritaliũ duntaxat, pręcipue pulmonis, & cordis. Eſt etiam alia diſpnœæ ſpecies, quũ veluti breui quadã quiete, intercipitur opus thoracis, idq; nonnunq̃ aſpirando, nonnunq̃ vero reſpirando, ſiue hoc accidat ob muſculoꝝ thoracis conuulſionẽ, ſiue ob caloris copiã, cogẽtis laborantem cõtinenter vel aſpirare, vel reſpirare. ¶ Eſt inſuper alius ſpirationis affectus, quem apnœã (qua-

Dolor.

Apnœa.

ſi non ſpirationem dixeris) nominant, nulla vt viſus indicat, facta ſpiratione. Verũ vt rei ipſius natura declarat, eam non fieri incredibile eſt. Nam impoſſibile videtur vt animal omni ſpiratiõe exacte priuatum, in vita ſeruari poſſit, q̃uis ea animalia quę in cauernis latere conſueuerunt, thoracem mouere videãtur minime. Proinde duorum alterum cõijcere oportet, aut adeo exiguã fieri ſpirationem, vt ſẽſum effugiat, aut huiuſmodi animalia tunc ſpiratione omnino nõ indigere, ſed eã trãſpirationem, quę per vniuerſum corpꝰ fit, ſufficere. quippe hanc, cor ipſum per arterias efficit. Reſpirationem vero, per thoracem cerebrũ efficere conſtat. At vero diſpoſitio, quæ apnœã facere poteſt, omnibus animalis partibus cõmunis eſſe videt̃, veluti in apoplexia, ſopore, morbo comitiali, catalepſi. Nã in his omnibus, nullus proprius affectꝰ, ſpiritalia inſtrumẽta præ cæteris infeſtat, nõ magis q̃ vocis, aut loquutionis, aut progreſſionis inſtrumenta. ſed affecto principio, omnia quibus vires ſuæ per q̃s reguntur ab ipſo ſuppeditari conſueuerunt, ei conſentire neceſſe eſt. verũ de apnœa iam & particulatim, & per ſe diximus. quamobrem tempus eſt, vt nũc ad alia tranſeamus.

Tranſpiratio.

Reſpiratio.

Apnœa.

De pulmonis affectibus. Cap. IX.

Pulmonis affectus.

IGitur quũ exercitationis via, qua ad affectorum locorum notitiam peruenitur, duplex ſit, altera quidẽ ab apparentibus accidentibus, altera vero a corporis partibꝰ, ſi quis per vtraſq; voluerit exercitari, eadem bis dicenda fuiſſent. q̃uis alio & alio modo, vt de pulmonis confeſtim affectibus dictum eſt, vbi de dolorũ ratio-

Pulmonis affectus.

ne, de ſāguinis reiectiōe, ac de dyſpnœa diximꝰ, atq; in præſentia quoq; dicemus. ¶ Eteni vehementi dolore nunq̄ cruciatur, verū & grauitatis ſēſū, & aliquādo extenſionē quandā, vel ad pectus, vel ad ſpinam percipere poteſt, ibi enī membranę ipſum ambientes ſuſpenduntur. Sępenumero etiam anguſtia moleſtātur laborantes, atq; ob hoc crebro, celeriterq; ſpirāt, ac thoracē vehementer attollunt, ſed nō ita multum aerem attrahunt. Hæc ſi citra febrem acciderint, aut tuberculi, aut lentorū, craſſorum ue, aut multorū humorum plenitudinem, in eo exiſtere, aut pus, aut alium quendam humorē, vel lentum, vel craſſū, vel multum, in ipſum effuſum fuiſſe declarant. Verum ea per

Tuberculū pulmonis.

prȩterita accidentia diſcernere licebit. Nāq; ſi quis ꝑ bonam valetudinem, quum ſolitas actiōes facere poteſt, ſic difficulter ſpirare īceperit, augeaturq; accidēs, neq; inter reſpirandū ſtertere videatur, crudi tuberculi ortum ſuſpicari oportet. Si vero ſtertendo ſtrepitū fecerit, lentorū, craſſorūq; humorum pertinaciter impactorum, multitudinem, pulmonis bronchia mole-

Bronchia.

ſtare indicium eſt. Qꝫ ſi ilico ab anguſtiæ ſenſu, quis difficulter ſpirauerit, fluctionē vel a cerebro, vel a viciniis ſedibus, in pulmonē irruentem portendit. Sed quum fluentibus in pulmonem, vel viſcoſis, vel craſſis, vel multis humoribus, hominem difficulter ſpirare dico, in bronchijs eos contineri, ītelligas velim. Vt enim in totū viſcus, leuis arteria diuiditur, ita etiam bronchiorum eſſentia, in totum pulmonem, ab aſpera arteria procedit. Vocantur autem a diſſectoribus brōchia, aſperę arterię cartilagines, ſigma literæ figuram referentes. At vbi præcedente pleuritide, remittitur ſubinde febris vehementia, intrinſecus vero late

rũ grauitas ĩ imo thoracis derelicta ſẽtitur, ac vbi qs affati a decubitu trãſmutatur, idq; maxime ſi ab vno latere in aliud ſe conuertens, cõmeare aliquid ſẽtiat, puris multitudinẽ ibi cõtineri, haud dubia coniectura eſt. Quinetiã in ijs fluctuatio ſæpenumero, haud obſcure auditur. Accedit ad iã propoſitas notas, hoc quoq; indiciũ, ſi vehementi procedente pleuritide, nihil pene laborãs expuerit. Si vero citra febrim, ſeroſus, aut pituitoſus humor, in thoracis ſpacium ſubito defluens, ſpirandi difficultatem excitauerit, laborãs, tenue ſputũ, idq; ab initio quidẽ exiguum, ſed cũ vehementi tuſſi, vbi vero concoctum eſt, plus, atq; craſſius, & cum mitiore tuſſi, expuere ſolet. Quippe bifariam accidere poteſt, vt vehementer tuſſiendo, pauca quis expuat, alij enim ob lentum craſſum ue humorem, alij ob tenuem, id facere videntur. ſiquidẽ tenuis humor, quum ſubleuatus eſt, inter tuſſiendum a ſpiritu diuiſus refluit. Lentus vero, aut omnino craſſus, difficulter effertur, vtpote qui non tam facile a corporibus quibus impactus eſt, abſtergi, neq; etiam ab occurrentis ſpiritus violentia, ĩpelli poteſt. niſi enĩ ſpiritus qui tuſſiendo effertur, & multus, & vehemẽs fuerit, nihil ſecũ educet. Igitur ſputũ, quod neq; liquidum, aut aquoſum admodum fuerit, neq; craſſum etiam aut lentum, id facile efferri ſolet, maxime vbi validæ fuerint vires. Etenim ſine vehementi thoracis contractione, vehementer tuſſire nemo poteſt. At ſine valida tuſſi, craſſos, lentoſq; humores, efferri impoſſibile eſt. ¶ Igitur quando cum ſpirandi difficultate, cui & anguſtia, & grauitas coniuncta eſt, acuta quoq; febris inciderit, is affectus inflammatio pulmonis eſt. At ſi intolerabilie fuerit incendium, Pulmõis ĩflammatio

anguſtiæ vero, grauitatiſq; ſenſus minor, eryſipelas ipſũ vexare cenſendũ eſt. Extremis autem ita definitis, quid ſit eryſipelas phlegmonodes, aut ĩflammatio eryſipelatodes, haud difficulter dep̄hendet̃. Sunt alij pulmonis affectus vbi citra humorum affluentiã intemperatura ipſum infeſtat, ſiue æqualis ea fuerit, ſiue inęqualis. Igitur inæqualis, tuſſim excitat, ęqualis vero, ſi moderata eſt, ſpirationis concinnitatẽ variat, at ſi vehemens, idq; vincente calore, frigidi aeris, atq; potionis, cupiditatem inducit, ac tractu tẽporis finitur in febrim. per frigidam autẽ ĩtemperaturam, contraria euenire ſolẽt. quippe ſi modum ſeruauerit, calidi aeris, ac calidæ potionis deſyderiũ excitat, ſi vero modum excedit, replet viſcus ipſum fluctionibus.

¶ Cæterum de ea tuſſis ſpecie, qua ſanguis ex ipſo reijcitur, vel exeſo, vel rupto vaſe aliquo, vel ore alicuius venæ patefacto, antea vbi de ſanguinis ſputo mẽtionem fecimus, iam dictũ eſt. atq; nunc quoq; pauca quędam dicemus.

ρήξισ

Porro ruptiones in ipſo depræhendes, tum ex multi ſanguinis fluctione, tum ex magna, notabiliq; aliqua cauſa pręcedente, ſi ſubito aduenerit.

Pręcedens cauſa.

Voco autem pręcedentes cauſas, vt quum aliquis ex alto, vel in ludo, vel certamine ceciderit. aut quum alter ſuper alterum cadit. aut vbi ex inanimatis corporibꝰ aliquod graue, vt vel lapis, vel lignum, thoracem læſit. Nonnullis ira cum exclamatione pręceſſit. Quinetiam citharedis tragediſq; certantibus, aut acuta vehementiq; voce clamantibus, vaſa interdum diſrumpuntur. maxime vbi non pręmiſſa pulmonis per pręcedentes exclamationes lenitione, violenter clamare conantur. Vt enim luctatoribus, ſi certamen aggrediantur, muſculis prius, neq; calefactis,

neq; per frictiones, aut moderatas motiones, explanatis, partes quædã rumpuntur, atq; conuellun tur, ita etiam pulmoni accidere ſolet. Hũc, quia frictionibus ad vehementes motiones prępararenon licet, p̃ exclamationes, quæ frictionibus proportione reſpondent, id efficere ſtudem⁹. Inſuper nulla manifeſta extrinſecus adueniente cauſa, vt in cęteris corporis particulis, ita in pulmone quoq;, vas aliquod ob ſanguinis abundantiã diſrũpi poteſt, quũ videlicet extenſioni reſiſtit, aut ob frigus a vicinis partibus cõtractũ, aut ob innatã ĩtemperaturã. Ita Hippocrates venas (inquit) frangit aqua frigida. atqui ipſa p̃ ſe eruptiões non facit, ſed quia venarum tunicas frigiditate ſua duras, & extendi contumaces reddens, ad eruptionem paratiores efficit. Ruptionis vero cauſa eſt, aut vehemens motus, aut humorũ abundantia, qui vel per ſe vel vna cũ crudo & frigido & flatuoſo ſpiritu, venas extendunt. Verum fractionis earum haud obſcurum indicium præbet, ſubita plurimi cruoris vacuatio.

Hippocrates.

¶ Quum vero venarum ora aperiuntur, non frigidę, ſed econtrario, calidæ diſpoſitiones præcedunt. veluti vbi multis, eiſdẽq; calidis balneis, homo vtitur, atq; terram inhabitat calidam, fueritq; anni tempus eiuſmodi, ſimiliter alimenta quoq;, & potiones. ¶ At q̃ eroſo vaſe aliquo affatim accidunt ſanguinis euacuationes, eas pręcedere ſolẽt exigua ſputa, atq; acres in pulmonem a capite fluctiones. Nonnunquam vero & pulmonis aliqua pars, aut ramentum ſimul efferri videtur, vt neminem latere poſſit, ad pulmonem hũc affectum pertinere. ¶ Orto vero in aſpera arteria vlcere, pręter hoc quod ſputum purulentum apparet, dolorem quoq; in loco affecto laborãs ſentire cõſue=

ἀναστόμωσις.

διαβρώσις.

Aſpę arterię vlcera.

uit, ipſũ vero per ea quæ ſcreantur, quia exigua ſunt, ab vlcere quod in pulmone natum eſt, diſcerni poteſt. quippe ab vlceribus pulmonis, plurimum ſputi reijcitur. Atq; vt ex pulmone educta particula, viſceris ipſius vlcerationem ſignificat, ita ex gutture videmus ĩterdum, corpuſculum aliquod a ligula (Græci glottida vocant) per vlcerationem excreari. Id vero non ſolum hoc indicio depræhenditur, verum etiam ex eo, quod in vlcerato loco, doloris ſenſu, laborans infeſtatur. veluti de aſpera arteria dictum iam eſt. Etenim pulmonis vlcera, dolor non comitatur. ea vero quę ĩ ijs ſedibus oriuntur, dolorem quidem inducunt, ſed non vehementem, vt ſi alicui ſuapte natura hebes fuerit ſenſus, ipſum plane non percipiat. ¶ Igitur perſępe vidimus eos quos iam ſupra propoſuim9 affect9, & qui pulmoni, & ſpacio thoracis, & aſperę arteriæ, & gutturi accidere poſſunt. quippe omnium horum, rationis cõmunitate inducti, mentionẽ fecimus. Qui vero deinceps dicentur, non ita crebro nobis apparuerunt. ¶ Quidam enim humorem repente expuit, liquidę bili in colore perquã ſimilem, medium videlicet inter flauum ac pallidum, ac nulla acredine infectũ, atq; ita quotidie magnã eius quantitatẽ expuit. deinde leui ſuborta febricula, tabeſcere incepit, adeo vt purulenta ſcrearet. Poſtea tractu temporis, quatuor videlicet menſiũ, exiguum cum pure cruorem reiecit, atq; ſic aucta febre, magis conſumebatur, ac iterũ, atq; iterũ plus expuebat, adeo vt magnam ſputi quantitatẽ redderet, quocirca magis increſcẽte febre, ac reſolutis viribus, eorũ qui tabe marceſcunt exemplo mortem obijt. ¶ Deinde alium vidi eodem fere modo ſex menſibus, ac aliũ quoq; diutius laborantẽ.

Ligula.

¶ Igitur qui primus nobis occurrit, ĩitio quidē nihil mali habere, ſed tandem peſſime affici viſus eſt. Alterum vero quū conſpiceremus, ei ſtatim ab initio cognito malo, pręſenti medicamento ſuccurrere tentauim⁹. Ac multo etiã magis tertio. At q̃uis multo negocio vtrũq; liberare conaremur, nihilomin⁹ neq; horum vllus, neq; alius poſt eos, ſeruari potuit. quū enĩ morti iam proximi eſſent, pulmonis ipſius putres q̃ſdam partes expuebãt. Proinde facile cognoui, haud abſimili eos affectu laborare, qualem in externis partibus videre ſolemus, quū a putrefaciente quopiã humore inficiuntur. verũ has & abſcidere, & vrere poſſumus. pulmoni vero horũ auxiliorũ neutrum adhibere licet. Quapropter omnes ſubinde perire neceſſe eſt. At vero poſtremũ quum viderē, ad viſceris fortem exiccationem ſolicito me animo cõuerti, & quidem odoribus atq; potionib⁹ ad id efficacibus. Proinde medicamentũ quod hedychroum vocant, iterdiu narib⁹ ipſius iugiter adhibere iuſſi. ad ſomnum vero ſeſe conuertenti præſcripſi, vt nariũ foramina ex aliquo precioſorũ vnguentorũ illinerentur, qualia videlicet Romæ pręparari ſolent, vocant vero ea & foliata & ſpicata. Atq; dedi in potu medicamenta, mithridaticã vocatã cõpoſitionē, ambroſiã, athanaſiã, theriacã. Itaq; perpetuo anno ſic educatus, tãdē ſimiliter vt reliqui tabidi, vitã finiuit. quã fortaſſe, ob iã dictã educationē, lõgiori tēpore ꝓtraxerat. ¶ Pręterea aliũ hmõi affectũ ĩ pulmõe notaui. Quidã diuturna tuſſi vexat⁹, et exiguũ lētũq; pus expuēs, fruſtũ qđdã paruo grãdinis grano haud abſimile excreauit, ac deferens illud mihi oſtendit, atq; ruſ⁹ nõ ita multo poſt, aliud quoq; attulit. vnde conieci, lentum illum

Hedychroum.

Foliata. Spicata.

Grando ex pulmone.

humorem, quē antea expuere ſolebat, ad huiuſmodi conſiſtentiā perueniſſe, quāobrem medicamētū ei in potu dedi, quod ſuſpirioſis auxiliari cōſueuit. atq; ita factū eſt, vt minorē expueret grandinē, atq; lōgiori q̄ antea interuallo. neq; pluribus deinceps annis adeo mitigari potuit affectus, quin tandem moreretur. Cę terū grandines ipſę, magna ex parte erui magnitudinē æquabāt, q̄uis interdū maiores, interdū minores eſſe viderentur. ¶ Atq; alios quoq; ſimiliter quidem ſpuere, ſed nihilominus in multos annos vitā extēdere vidimus. Quorū alij aliam ob cauſam, alij vero ob ſpiritaliū inſtrumentorū affectum, mortui ſunt, quāuis nihil cruoris excrearent. ¶ Ea vero quę antipatro medico acciderunt, nemo eſt qui neſciat. vtpote qui medicam artē publice apud Romanos profeſſ9 eſt. Agebat hic ætatem ſexaginta quidē annis minorem ſed quinquaginta iā annos exceſſerat. Is correpť9 aliquando febre quadā ephemera, idq; ab euidenti cauſa, declinante iam febre, vt quid ſibi facto opus eſſet intelligeret, pulſum ipſe ſuum tangere aggreſſus eſt. Quum igitur omne inæqualitatis genus, in arteria ꝝ motione inueniret, in primis quidē territus eſt. deinde vero quum ſeſe nō febrire, plane ſentiret, ilico balneum ſubijt. quippe laboribus, ac vigilijs corpus fatigauerat. Atq; tenui quoq; victu, donec diem tertiū prçterijſſet, vſus eſt. quo quū nulla appareret febris, quotidie ad ſolita negocia pertractanda prodijt, atq; arteriam in extrema brachij ſui parte tangens, admiratus eſt, perſeuerantem in pulſibus inæqualitatem. Occurrens itaq; michi, extendit manum ridens, iuſſitq; pulſum tangere. At ego ſubridens, quid inquam portendit, hoc quod proponis ænigma? Ille

Antipater medicus.

iterum ridens, obnixe orauit, vt tangerem. Igitur inter tangendum, omnigenam in pulſu inueni inæqualitatem, non ſolum in multarum pulſationum cumulo, quam ſyſtematicen (id eſt congregatricem) vocāt, verū etiā in vna arteriæ diſtinctione, proinde mirat⁹ quomodo viueret, quum talem haberet pulſum, interrogaui, nū difficilis eſſet ei reſpiratio, illo vero nullā ſe ſentire reſpondente, obſeruaui equidē an aliquādo mutaretur, quippe ſex menſium ſpacio aſſidue arteriam tāgebā. Quumq; ab initio interrogaret, quænā corporis diſpoſitio mihi videretur poſſe huiuſmodi pulſū efficere, atq; per quē modū, idq; citra febrī? ad eā queſtionē reſpondi, in cōmentarijs de pulſibus iā declaraſſe me huiuſmodi iæqualitatē. Nāq; ob magnarū in pulmone arteriarum āguſtiā, id euenire putaui. anguſtiæ vero cauſā eſſe dixi, viſceris inflāmationē. At tibi hanc ob cauſā id nunc accidiſſe impoſſibile eſt, quippe febre fuiſſes affectus. Relinquitur igit̄ vel opilationē, ex liquidis, & craſſis, & viſcoſis humoribus, vel crudi cuiuſpiā tuberculi ortū, in huiuſmodi te diſpoſitionē induxiſſe. Tū ille reſpondēs, oportuiſſet (īquit) me ſuſpirioſa orthopnœa laborare. At ego probabilia (inquā) ipſū dicere, ſed a veritate aberrare. quippe fieri nonnūq̄ huiuſmodi orthopnœā, ob eam quam diximus cauſā, id vero quū in aſperis, non in lenibus arterijs, craſſus & lentus humor cumulatur. Proinde omnem ei victus rationem, atq; medicamēta quoq;, haud aliter q̄ ſuſpirioſis adhibere iuſſim⁹. deinde ſex (vt dixi) menſibus elapſis, leui quadam ſpirandi difficultate affectus eſt, accedente ſimul cordis tremore, imprimis quidem ſemel, deinde bis, atq; ter, poſtea quater, ac ſæpius quoq; aucta ſimul ſpi-

Syſtematice.

randi difficultate, ad quindecimum vſq; diē, poſt quē difficillima derepēte oborta ſpiratione, reſolutus ſtatim obijt, aliorū quorūdā exēplo, qui cordis affectib9 laborāt, de quibus poſthac ſermonē faciemus.

¶ Galeni de affectorū locorū notis liber quintus.

IN pręcedēti libro, quū pulmonis affectus perſtringeremus, ſermonis communitate, & thoracis, & cordis quodāmodo meminimus, pleniorē vero, abſolutiorēq; de ipſis ſermonē, in quintū hunc librū diſtulimus. Quoniā vero quartus liber, ab accidētibus q̄ Antipatro medico euenerunt, finem ſortitus eſt, lęſo īprimis ipſius pulmone, deinde ad cor etiā tranſeunte affectu, operep̄ciū me facturum mihi videre videor, ſi omnes ei9 affectus percurram.

¶ De cordis affectibus Cap. I.

IGitur queādmodū de cęteris corporis partibus, ita de corde quoq; definiendum eſt, quædā eni ipſi proprie, vel primario affecto, vel vtcūq; nominare volueris, ſuperueniunt accidentia, quædam vero ipſo cęteris partibus cōſentiēte. Eſt vero ſermo in alijs demonſtrat9 libris, vbi iā declaratū eſt, innati caloris cor velut fontē eſſe, neq; animal mori vnq̄ poſſe, niſi cor grauiter afficiatur. Quum itaq; tres ſint principes partes, quibus gubernatur animal (Quippe pręter cordis pricipatū, oſtēſū eſt ſēſū & motū, vniuerſis corporis partibus, a cerebro ſuppeditari. Iecur vero nutricis facultatis eſſe pricipiū) ſēper mors, ad īmodicas ſequit̄ cor-

Cor fōs caloris.

Principes partes.

dis intemperaturas. ſimul enim cum ipſo omnes viciantur partes, quum enim (vt oſtendimus) ipſe peculiari cordis tẽperatura, actiones ſuas perficiant, hac pereunte, actiones quoq; ipſarũ perire, neceſſe eſt. ac ꝓinde cerebri quoq;, & iecoris. Horũ vero tẽperatura deperdita, nõ oportet, cordis ſimul actionem perire. Si eni neq; ſentiendi, neq; mouẽdi ab electione facultatẽ, animal habuerit, neq; nutriatur, veluti in latentibus euenit animalibus, nihilominus viuere ipſũ poſſe, quoad cor manſerit illæſum, haudquaq̃ negandum eſt. Quippe videmus ſæpenumero multis deinceps diebus, aliquos neq; intelligere, neq; ſentire, nec etiã moueri, at nihilominus viuere. quẽadmodũ vbi quis ob virium hepatis imbecillitatẽ, ſine alimento permanẽs, diutius etiã ſufficere poteſt. At vero ſi cor reſpiratione priuetur, hominẽ ilico perire neceſſe eſt.

¶ Igitur qui ad ſpirandi functionẽ nihil conferre thoracẽ putant, ij cauſã reddere nequeunt, cur per vehementem apoplexiã, ſuperno duntaxat principio viciato, laborãtes ſubito moriantur. At vobis eã inuenire haud difficile eſt, vtpote quibus efficaciter perſuaſum eſt, muſculos qui motionis principium, a neruis in ipſos a ceruicis ſpina delatis, ſuſcipiunt, thoracẽ attollere, priuatis tunc muſculis mouẽdi facultate, q̃ ex cerebro ipſis influere ſolebat. Etenim niſi ad ſpirandi functionem ambo principia ſimul iuncta concurrere oporteret, potuiſſet aliquis viuere, priuatus interdũ ſuꝑno pricipio. Igitur vt ex his abũde nobis cauſa ſuppetit, cur affecto cerebro in vehementi apoplexia, cor quoq; lędat̃, ita ex ijſdẽ, atq; eodẽ modo, facile nobis fuerit, cauſã inuenire, quãobrẽ ĩ apoplexia minore, catalepſi, ſopore, morbo comitiali, lethargo, aial Apoplexia

ita affectũ nõ pereat. Namq; ſi diligenter cõſyderaue ris, inuenies per huiuſmodi affectus, quomodo ſpi- rent laborantes. quippe videbis & violentam & dif- ficilem ſpiratione͂, perinde ac ſi vinculo quodam con ſtrictus, thorax attolli prohiberetur. Atq; huius rei ſufficientem fecimus mentione͂, in libris de muſculo- rum motione. Namq; ſimilis eſt hæc quæſtio, ei qua de ſomno quidam hæſitant, quippe quum per ſom- num omnes muſculorum actiones exoluantur, ſola actio quę ad thoracis muſculos ꝑtinet, ſeruatur. Nũc vero ea duntaxat dixiſſe ſatis fuerit, quę in pręſentia propoſito noſtro conducere videbantur. Porro qua ratione homines per ſomnum ſpirãt, reliquis muſcu- lis omnibus quieſcentibus, eadem quoq; ratione per minorem apoplexiam, atq; alios ei vicinos affectus ſpirare poſſunt. Vbi vero vel apoplexia, vel aliꝰ quiſ- piam affectus, adeo vehementer increuerit, vt muſcu lorum thoracis actio omnino deperdatur, perire ſi- mul reſpirationem neceſſe eſt. Vnde cordis quoq; te͂- peramentum ſoluitur. quo fit tandem vt etiam ani- malis ipſius neceſſario ſequatur iteritus. Atq; hac ra tione, per vehementes ſuperni principij læſiones, ani malia perire videmus. Eſt pręterea modus alius, quũ affecto iecinore, ob inediam animalia moriuntur. ve- rum per longa temporum ſpacia, in huiuſmodi affe ctibus vitam protelare poſſunt. Atq; mori contingit

Syncopa. nonnullos per alium quoq; modum, vt in ſynco- pa, gulæ vicio eueniente, & vehementi dolore, & ti- more graui, & voluptate maxima. Etenim quibus vitale robur infirmum eſt, animi vero affectiones ob imperitiam fortes, is animæ eſſentia facile diſſolui poteſt. Atq; horum aliqui ob mœſtitiã interierũt, ſed

non ilico, vt de ſuperioribus dixim9. At vir magnanim9, neq; ob mœſtitiã, neq; ob aliã aliquã animi ęgritudinẽ mœſtitia fortiorẽ, vnq̃ ſuccubuit. vtpote cuius animę robur validũ eſt, affectus vero nõ adeo vehemẽtes. ℂ Cęterũ proprio quoq; affectu cor laborare ſolet, vel ob ſimplicẽ intemperaturã, ſiue ięqualis, ſiue ęqualis ea fuerit, vel inflãmationẽ, vel eryſipelas, idq; dũ fieri incipit. Ilico enĩ antea quã augeãtur huiuſmodi affectus animal corrũpitur. Atq; hos affectus iterum & cardiaca & ſyncopa ſequitur. Quẽad modum quę gulę vicio fiũt ſyncopæ, ad eos affectus, quibus os ventriculi infeſtatur, ſequi ſolent. Nam id quoq; nõnulli ſtomachũ vocauerunt. verũ hę conſentiente corde eueniũt. Porro vtriuſq; partis, tum oris ventriculi, tum cordis diſpoſitiones, aut a forti dũtaxat intemperatura, aut venenoſo humore, nõnunq̃ ab eryſipelate, aut inflãmatione, aut alio quopiã pręter naturam tumore, fieri ſolent. Igitur exiguę quidẽ cordis intẽperaturæ, pulſus arteriarũ pro ſua quæq; natura variant. de quibus in libro de pulſibus iam dictum eſt. Maiores vero per proprias quidẽ ſimilariũ partiũ intemperaturas ſubitam mortẽ non inducũt. Per eas vero quæ ad inſtrumẽtales partes pertinẽt, ſubito enecare poſſunt, ſed pręcedẽtibus prius ſignis quibuſdã, quorũ vnũ ab Hippocrate dictũ eſt. Qui ſępe & multũ exoluũtur, ſine cauſa manifeſta ij repẽte moriuntur. ℂ Eſt et alius affectus, tremor videlicet cordis, aut per ſe eueniens, aut cum ſuſpitione quadam, quod in humore cor ipſum moueatur. Neq; enĩ mirũ videri debet tantã humoris multitudinẽ cumulari aliquando in ambiente cor tunica, vt ipſum, ne attollatur, impedire poſſit. Quippe in animalibus diſſe

Proprij cordis affectus

Stomach9

Hippocrates.

Tremor cordis.

ctis vidimus plerūqꝫ plurimū humoris, vrinæ ſpeciē referentis, in eo, qui ipſum īuoluit, pāniculo cōtineri.

Simia.

Etenī ſimia quędā, quū emaciari indies videreť, eam tamen neceſſarijs noſtris negocijs impediti, ſecare in tempore nō potuimus, poſt mortē vero, reliquis corporis partibus oībus illęſis, inuentus eſt in ambiente cor tunica, tumor præter naturā, humorē ī ſe cōtinēs aquę haud abſimilem.

Gallus.

¶ Atqꝫ in Gallo quoqꝫ vidimus cordis tunicā, huiuſmodi tumore, & quidē duro affectā, perinde ac ſi plures craſſæ membranę inuolutæ altera alteri fuiſſent. verū in eo nihil humoris cōtinebatur. vnde veriſimilis cōiectura elicitur, homines etiam ſimilibus poſſe affectibus infeſtari.

Cordis inflāmatio.

¶ Inflāmato autē manifeſte corde, gladiatores vidim9, vt quos ſyncopa cordis vicio eueniēs rapit, perquā ſimili mortis ſpecie perire.

Vulnus cordis.

¶ Igitur ſi ad ventrem cordis vulnus aliquando penetrauerit, protinus magno cū ſanguinis fluore, hominē mori neceſſe eſt. idqꝫ pręcipue, ſi ſiniſtræ partis venter fuerit vulneratus. Si vero nō ad ventrem vſqꝫ pertingat, ſed in cordis ſubſtantia cōſiſtat vulnus, ex ita affectis aliqui, nō ſolū ea die qua vulnerati fuerunt, ſed ſequēti quoqꝫ nocte, viuere potuerūt. qui oborta deinde inflāmatione extincti ſunt. Atqꝫ etiā ij quādiu vixerūt, mentis cōpotes inuenti ſunt. vnde euidens ſibi teſtimoniū ſumere poteſt, ea ſecta quæ negat, rationalē animæ vim in corde cōſiſtere. ¶ Tremor autē viſceris huius, pluribus integra valetudine degētibus, tū iunioribus, tū adultis, ſubito ſine alio manifeſto accidente euenire viſus eſt. atqꝫ

Phlebotomia.

omnes eos ſanguinis detractio iuuit. Namqꝫ hoc pacto pleriqꝫ ꝑfecte ab hoc accidente liberati ſunt. pręſertim qui vtebanť, & victu, & medicamētis, quibus

eſſet extenuãdi facultas. Horum vero nõnulli, quos rurſus huiuſmodi accidens infeſtare videbatur, ſimili curatiõe ſoſpites euaſerũt. Cæterũ noui quẽdã quotannis, verno tẽpore hmõi tremoris accidẽte vexatũ, qui quũ per tres ãnos a ſanguinis detractiõe ſe adiutũ intelligeret, anno quarto, antea quã accidens ipm inuaderet, ſanguinẽ miſit, idq; pluribus deinceps annis faciẽdo, idonea etiã poſt ſanguinis detractionem medicamẽta adhibuit. At nihilomin⁹ hic quoq;, ante ſenectutẽ morte pũetus eſt. Sicut & reliqui oẽs, quorũ alij quidẽ per acutas febres, alij vero cũ ſani degerent, affatim ſyncopa ĩtercepti, ĩterierũt. Q̃uis vn⁹, vel duo, citra ſyncopã, alia quadã mortis ſpecie perierint. At vero ſic affectorũ magna pars, ætatẽ agebat, quinquagita quidẽ ãnis inferiorẽ, ſed quę quadraginta ãnos excederet. Porro pãniculus cor ambiẽs, quomodocũq; affectus ſit, niſi inflãmatiõe infeſtet̃, inter ignobiles ꝑtes reputat̃. Q uocirca ipſius diſpoſitio, ꝑ cõſẽſũ ad cor trãſcurrit. Cũ eni ipe ſol⁹ afficit̃, exẽplo reliquarũ omniũ partiũ, quę ad cuſtodiã, & tegmẽtũ cęterarũ nobiliorũ factæ ſunt, nullũ affert ꝑiculũ. Verũ eniuero nulla a corde ſpirãdi difficultas orit̃, ꝑter eas quas ĩ priori libro dixim⁹, cũ de dyſpnœa ſermonẽ haberem⁹. Eteni ſuꝑcalfactũ ſpirationẽ efficit magnã, & denſã, atq; celerẽ, ac calidũ iſuꝑ ſpiritũ reflat. Cõtra, refrigeratũ, exiguã reddit ſpirationẽ, & rarã. Cordis pãniculus.

¶ De thoracis affectibus. Cap. II.

AT q; huic quoq; parti, vel primario affectæ, vel alijs cõſentienti, quẽadmodũ reliquis oĩbus, affectus quidã ſuperueniunt, quos reſpirationẽ lędere neceſſe eſt. quippe propriũ reſpirationis organũ eam eſſe, iam demonſtratũ eſt. Igit̃

vbi dolorificis affectibus moleſtatur, exiguā, denſāq; reddit ſpirationē, veluti in cōmentationibus de difficultate ſpirationis oſtēdim⁹. Id vero, & vicinis quoq; ꝑtib⁹, & iis q̄ ſimul mouēt affectis, euenire ſolet. Nā dixim⁹ antea de ſpinę affectib⁹, reſpirationē interdū lędi, thorace proprio affectu nequaquā laborante, ſed vel neruo quopiā a ſpina ꝓcedente, vel ſpina ipſa affecta. ¶ Eorum vero, qui proprie ad thoracē pertinent, affectuū, quidam in ipſius muſculis, quidā vero in membrana coſtas cingente conſiſtunt. Sed neq; de cutis, neq; de coſtarū affectibus, hic tractare propoſuimus. Nam in iis ſedes affectæ, ſenſibus ſubiiciuntur. Igitur quū ex muſculis, alii ſpacia intercoſtalia vocata repleant, alii vero extrinſecus extendātur, dolorificę externorū muſculorū diſpoſitiones, vt vlcera, fractiones, abſceſſus, eryſipelas, inflāmatio, haud difficulter a medicis manū adhibentibus diſcernuntur. At intercoſtaliū muſculorū inflāmationes, eorū maxime, qui in ima parte cōſiſtūt (duo enī (vt ſcitis) ſunt huiuſmodi muſculorū genera) tactu cōſequi nō poſſumus. atq; ii grauiori, quā externi, dolore cruciātur. ac fluctionē, quę inflammationē induxit, ad interna, per eam quæ coſtas cingit membranā tranſmittunt, quā tunc pariter cū ipſis inflāmari neceſſe eſt. Veluti rurſus, vbi ipſa aliquando primario affectu infeſtaē, intercoſtaliū muſculorū partes īternæ, ſimiliter ei cōſentiūt.

Pleuritis.

¶ Verū exquiſita pleuritis fit, vbi cingens coſtas membrana, primario affectu laborat. proīde dolor, vel ad iugulū, vel ad pręcordia peruenire poteſt. ad iugulū quidem, ſuꝑioribus eius partibus affectis, ad præcordia vero, vbi inferiores afficiūtur. Atq; vehemens quoq; febris huiuſmodi inflāmationē ſequitur, quia ſedes affecta, et parū diſtat a corde, et cū pā-

niculo ip̄m inuoluente, ac ſepto tranſuerſo cognatio-nem habet. Cęterũ afficiatur ne magis cingens mem brana, an muſculi ipſam cõtingentes, a pulſibus indi cium petere oportet. Namq; muſculi minus, cingens vero membrana magis, & tendit, & indurat arteriã. ❡Cõtrà in peripneumonia, nulla penitus apparet huiuſmodi durities. At effuſa ĩ ſpaciũ thoracis ſanies, in aſperas pulmonis arterias recipit̃, deinde tuſſiẽ do excreat̃, qualis ſit, qui inflãmationẽ fecit, humor, declarans, an videlicet biliosus, aut melãcholicus, aut pituitoſus, aut cruẽtus. Etenĩ ſi bilis abũdat, pallidũ, aut flauũ. Si atra bilis, nigrũ. Si pituita, ſpumoſũ, & candicans. Si ſanguis, rubrũ ſputũ reijcitur. ❡Quod vero tuſſiendo ex thoracis ſpacio aliquid interdũ expuat̃, facile intelliget, is qui eas diſpoſitiones cõſyderauerit, quibus ab exterioribus, ad intima pectoris vlcus penetrare cõtingit, ſiue id ob vulnus nõ cõglutinatũ eueniat, ſiue ob magnũ abſceſſũ, vtriq; eruptũ, vel perinde diſſectũ ac ſi externas dũtaxat partes afficeret, facta deinde ſectione, inuẽta fuit cingens coſtas mẽbrana, eroſa, aut ob exciſam a ſphacelo (id eſt tabitudine) coſtã, aut eo quod medici cingentẽ mẽbranã, vtpote eroſam, putreſcentẽq;, ſeruare illęſam non potuerũt. In iam ꝑpoſitis diſpoſitionibus oĩbus, ſi aqua mulſa in thoracis ſpaciũ infundat̃, atq; ſubinde tuſſiendo expuatur, laborans ip̄e aquã mulſam eſſe, ex ſapore depręhẽdet. Quopacto autẽ hoc fieri poſſit, atq; per quos meatus ipſa ĩ aſperã arteriã ingrediatur, ꝑpendere debet, is qui errorẽ illũ, quo multi ĩ aſperæ arterię inuẽtione ĩbuti ſunt, effugere voluerit. ij nãq; ex thoracis ſpacio, ĩ pulmonẽ quippiã recipi, impoſſibile eſſe, iam ſibi perſuaſerunt, fortaſſe ita ſe

Perſpneumonia.

Thoracis excremẽta ſpuẽdo reijciuntur.

ſentire ſimilantes, ne videant̃ de re quapiã dubitare.
Cæterũ credere oportet hmõi fieri tranſſumptionẽ,
quippe quę per vulnera haud obſcure apparere ſolet.
Deinde quo pacto ea fieri poſſit, inueſtigare, vt quũ
inuenerimus, animo ſimus quietiori. Sed iter quęren
dũ, q̃diu nihil nos ĩueniſſe putauerimꝰ, ruditatẽ po-
tius noſtrã accuſare, quã veritatẽ ĩpam negare debe-
mus. Atq; videmus etiã cõglutinatis cruentis vulneri
bus, in ſputo, notas quaſdã, fluentis ex vulnere cruo-
ris, ad ſpaciũ quod inter pulmonẽ eſt & thoracẽ. Prę-
terea ſuppurati, in hoc ĩpo ſpacio pus cõtinere, & ip-
ſum expuere haud obſcure videntur. Atqui rationi
cõſentaneũ eſt, vt eodẽ modo tũ cruor, tũ pus, ex tho
Eraſiſtratꝰ. race expuat̃. Quorũ viã inquirens Eraſiſtratus ĩcre-
dibilia quędã ſcripſit, in eo libro, cui titulus de ſangui
» nis eductione eſt, ſub hac verborũ ſerie. Via autem
» per quam incedũt, ea quæ ab ijs ſedibus reijciuntur,
» huiuſmodi eſt. Ab ea arteria quæ ſpinæ adiacet, vaſa
» quędã iuxta latus, tam dextrũ, quã ſiniſtrũ, ſimiliter
» procedũt. deinde in loca vicina, multiplici diuiſione
» diſperſa, tandẽ adeo euadũt exigua, vt ſenſum late-
» ant. Quũ itaq; ſanguis in huiuſmodi arterias incide-
» rit, nõnũq̃ per cõcauam arteriã, ad loca quę circa pul
» monẽ ſunt, atq; ad eos nexus per quos pulmo apud
» ſpinam arterię cõiungit̃, aſcendit. quippe ea quę huc
» inciderint, hac via ad pulmonẽ aſcendere ſolent. Ve-
» rũ quomodo ex pulmone deinde reijciant̃, antea di-
» ctũ eſt. In his verbis manifeſte declarauit Eraſiſtratꝰ,
eas arterias q̃ a magna arteria ad ſingula ĩtercoſtalia
loca procedũt, per ora quę ad inflãmatã partẽ perue-
niũt, ſanguinẽ ſuſcipere, ĩpmq; ad magnã arteriam,
quę a corde orta, per ſpinam extenditur, referre, atq;

ab ipſa, rurſus ad ea loca quæ circa pulmonem ſunt tranſitũ fieri. Sed neq; modũ, quo huiuſmodi tranſitus fiat, neq; viã explicauit. Verũ deinceps ſcribens, atq; per eos nexus, per quos pulmo arteriæ circa ſpinam adhęret. fit eñ (ĩquit) hac quoq; via, eorũ q̃ inciderũt in pulmonẽ, aſcenſus. At quomodo, & ꝑ quę cõceptacula id fieri poſſit, nõ oſtendit. Proĩde manet adhuc eadem quęſtio, nihil plane ad ipſam diſſoluendam, afferẽte Eraſiſtrato. quãuis vt in cæteris libris oĩbus, ita in hoc ipſo, de ſanguinis eductione, perſpicuam pollicitus fuerit interpretationẽ. Quocirca multo magis viciosum, quiſpiã huiuſmodi ſermonẽ reputauerit, vtpote qui ipſi quoq; Eraſiſtrato fuerit ſuſpectus. apparet itaq; ex induſtria eũ voluiſſe obſcuris vti ſermonibus, vt aliquid dixiſſe videretur, quũ nihil diceret. Atq; hoc in loco, quęſtionis enarrationẽ dereliquit. Nam quomodo ſanguis ex lateribus quidem ad magnã arteriã perueniat, manifeſte declarat. At quomodo rurſus ab hac, ad eas ſedes, quæ circa pulmonẽ ſunt, vt ipẽ dicebat, aſcẽdat, haudquaq̃ expoſuit. Conſtat etiã ex eo quod dixit, loca quæ circa pulmonẽ ſunt, quũ dicere pulmonem potuiſſet, eum haud inuitũ ſermonis obſcuritatẽ affectaſſe, id quod poſtea declarauit, dicens, ex pulmone autem quomodo ad eductionẽ aſcẽdat, iam antea dictũ eſt. Perinde eñi, ac ſi in pulmonẽ, ex magna arteria ſanguis iã delatus ſit, quomodo inde reijciatur, velle nos admonere, videtur. Quod vero de expuitiõe quę ex pulmõe fit, iam antea dictũ eſt, nõ ignoramus, ac perſpicuã fuiſſe narrationẽ teſtificamur, optaremuſq; vt de ea, quę ex magna vena in pulmonẽ fit, tranſſumptione, ſimiliter dixiſſet. Quẽadmodũ cũ ĩquit, ꝑ eos quoq;

nexus, per quos pulmo, arterię apud ſpinā cōiūgitur fieri circa pulmonē ſanguinis reiectionē. Ne hic quidem, quos nexus dicat, declarauit. Etenī ſi vel ex mēbranis, vel fibris conſiſtant, nihilo plus, vt ſanguis in magna arteria cōtentus, in pulmonē deferatᷣ, cōferre poſſūt. quippe neceſſe eſt ex arteria oriri vaſa quędā, per quę ſanguis in pulmonē transferatᷣ, quēadmodū Eraſiſtrati ſecta hoc ipm ꝑ arteriā pulmoni ſubſtratam fieri autumat. Huius enī arteriæ, extremæ ꝑtes, & quidē exiguę, ad aſperā arteriā trāſire videntᷣ. Atqui ipſa quoqꝫ ex magna arteria, antea quā ad ſpinā ꝑueniat, initiū ſumit. Itaqꝫ duplici quadā ratiōe, Eraſiſtrato ab hac arteria auxiliū ſuppeditare conantᷣ, ſectæ ipſius ꝓfeſſores. In ꝑſentia quidē, quantū ad ſanguinis ex thorace eductionē ꝑtinet, alibi vero ad iflāmationis ī pulmone generationē. Nam & hanc obijciunt, eis qui aliter ſentiūt, vtpote quā ita, vt Eraſiſtratus docuit, fieri ſit īpoſſibile. Nāqꝫ quū docet quomō fiat inflāmatio, putat incidentē in arterias ſanguinē, ſpiritui, qui a corde defertᷣ, obuiū fieri, atqꝫ ſic ad extremas arteriarū partes repelli. Niſi vbi vulneratę aliquando quędā arteriæ, vacuato ex ipſis per vulnus ſpiritu, vtpote ſequēte id quod vacuatur, ſanguinē ſuſceperit. Hoc enī pacto nō fieret, īquit, iflāmatio ne ī pulmōis quidē arterijs. quippe ſi aliquādo ſanguis in eas īciderit, nulli ipm ſpiritui obuiare, etenī ī ſolas pulmonis atterias, nullū a corde ferri ſpiritū cōtendit, q̄uis reliquas arterias oēs, a corde ſpiritū ſuſcipere fateatᷣ. Verū ecōtrario, ipas cordi ſpiritū ſuppeditare, quē per iſpirationē ab aſperis leues arterię ſuſcipiāt. Hāc igitur arteriam, quę a maiori arteria ſpinę incūbenti, in pulmonem fertur, inflāmationē in extremis

partibus ſuſcipere, atq; ſanguinis ex thorace productionem efficere, dicit. Sed inflãmationis rationẽ hoc in loco tractare nõ propoſuim⁹. Cęterũ quod ex magnã arteria, ĩ pulmonẽ ſanguinis trãſſumptionẽ fieri dixit, a veritate deuiare videtur. In primis enim ſanguinem ex intercoſtalibus locis, in magnam arteriã transferri impoſſibile eſt, quippe a ſpiritu, qui a corde per magnã arteriam ad hęc loca tranſmittitur, repulſus, ilico reuertetur. Si cõceſſerimus autẽ hoc ita fieri, ac demus in magnã ipſum arteriã deferri, multo abſurdior ex Eraſiſtraticæ ſectæ fundamentis ſermo euadet. Etenĩ ſpiritũ, ſaluantem ĩcurſionis impetum, a corde in hanc arteriam expreſſum, in totum deferri corpus, ꝑ ortas ab ipſo arterias autumat, perinde ac ſi ex vna arterię cõſtrictiõe ſpiritus ad extremas pedũ partes peruenire poſſit, veluti a vehemẽtiſſimo vento, delationis celeritatẽ fieri putans. Quod vero tanta vehemẽtia, ſanguinẽ in magna arteria contentũ, ad quãlibet corporis partẽ non ĩpellat, ĩpoſſibile eſt. Quãq̃ illi ad vnã dũtaxat arteriã ipm cõpellant, quę ſcilicet ratione prędita, ad pulmonẽ ipm deferat, tanq̃ mentẽ haberet, ac ĩtelligeret, qua via q̃ facillime vacuari poſſit. Id ipſum vero rurſus pugnare videtur cũ pręſenti ſermone, qui ſanguinẽ quãceleri ime vacuari per aſperã arteriã cõcedit. Nam ſi tam facilis eſt per extremas harũ arteriarũ partes tranſitus, vt incidens in eas ſanguis, tam celeriter vacuetur, fieri nõ poteſt vt ĩpactus, inflãmationẽ excitet, eo q̃d ĩpigi, & excidere, ĩter ſe ſint cõtraria. Id ꝟo multo maiori admiratione dignum eſt, quod quũ Eraſiſtratus quam diligẽtiſſime deinceps de puris vacuatione cõſcribat, ſiue id in pleuriticis, ſiue in ſuppuratis conti-

neatur,ipſe pugnam hanc,qua videlicet ſermones eius,tum nobis,tum reliquis hominibus omnibus,inter ſe certare videntur,non intellexerit.Ea facile depręhendetur, ſi ſermonem eius,qui ad verbum ſic ſe habet, hic ſubſcripſerimus. Atq; in his ipſis affectibus,plurimi interdum puris excretio fit,cauſa,venarum natura eſt,quam ſic perpēdere oportet, magna pars venæ ex corde natę,adiacet ſpinæ, ac in eo loco,vbi a vertebris ſeptum tranſuerſum naſcit̃, finem accipit.Ab hac vero,venæ quę ad latera extēſæ ſunt, atq; arterijs adiacent, oriri videntur.Igitur quū vel vlcus, vel abſceſſus,in his locis euenit,ac in ſpacium, quod inter coſtas & pulmonem eſt, plurimum puris effuderit,non ita facile inde reijci poteſt.quod,ſuccingens latera, membrana neruoſa eſt, & fortis ac diuidi contumax.proinde coercetur ad vaſa,membranę intrinſecus ſubiecta.Quum itaq; tenuis magis, ac ĩbecillior vena ſit quam arteria, hæc vaſa prius diuiduntur,quam ea quę circa arterias ſunt,atq; per has diuiſiones,pus effunditur in venas.Etenim per inferiores ſedes pus deijci non poteſt, quia ad eas venarum natura non peruenit.ſed finem ſortiuntur,vt dictum eſt,circa ſepti tranſuerſi ortum. Quum ſemper autē continuæ ſedes repleant̃, vt per ſuperiores meatus exitum capiat neceſſe eſt.Perpendenda igitur eſt actio,quam pulmo inter reſpirandum efficit,ac quomodo, tum ſpiritum, tum humores, & attrahit, & expellit. quippe eodem modo pus a lateribus ad pulmonem aſcendere ſolet. Sed quomodo demum a pulmone reijciatur antea dictum eſt. ¶In hoc ſermone.Quod pus in venas tranſſumptum,non poſſit ad loca ſepto tranſuerſo inferiora peruenire, re-

cte ab Eraſiſtrâto dictũ eſt, vtpote vena, quę octo inferioribus thoracis coſtis alimentũ prębet (nõ enĩ oẽs alere poteſt) ad ſeptũ tranſuerſũ ꝑueniẽte, neqꝫ enĩ in ꝓſentia cõtẽdere velĩ, an exigua aliq̃ eius ꝑticula ĩde exiliat. At quomõ hmõĩ pus expuat̃, ne pricipiũ quidẽ dicere aggreſſus eſt. Silr̃ nec ſectatorũ ei⁹ quiſq̃. Neqꝫ enĩ dicere potuerũt aliquid a vena ad pulmonẽ deferri, ea ratiõe, qua arteriã quã lã a magna arteria ſeparatã, ad pulmonẽ deduci affirmãt. etenĩ arteria, tametſi nõ manifeſte ꝑ ipm diuidit̃, ei tamẽ ſubſterni, atqꝫ ad aſperã vſqꝫ arteriã ramuſclos emittere videtur. Verũ a magna vena, quę ſpinę incũbit, venam aliquam in pulmonem tranſire, neqꝫ nos vnquam vidimus, neqꝫ diſſectorum quiſquam ſcripſit, ac ne Eraſiſtratus quidem id affirmare auſus eſt. Quippe inter omnes cõuenit, atqꝫ in cõfeſſo eſt, quod a dextro cordis ventriculo, per vnum dũtaxat vas, pulmo ſanguinem recipit. Oporteret igit̃ pus quod a coſtis, in eam venam, quæ ſpinę adiacet, in primis quidem peruenire ad cor, deinde ad venam quæ ab hoc orta, in pulmonem tranſit. Poſtea ex hac in aſperas arterias, quæ per ipſum diſperſæ ſunt, tranſſumi. Poſtremo tuſſi indigere, quæ ſcilicet ipſum vſqꝫ ad os efferre poſſet. Igitur quo pacto puris ſanguini permixti, ab ipſo fiat ſecretio, tanquam exiguum quidpiam, ac vulgare, & quod ad vniuerſam ipſius rationem firmandam parum conducat, præteriens, dicere neglexit. Neqꝫ defendi etiam poteſt, quod ſanguis in vena, quæ circa ſpinam eſt, contentus, ad cor ipſum referatur. Nam econtrario, vena hæc a dextra cordis auricula exorta, ſanguinem ſecum defert, qui omnibus thoracis partibus, quæ

circa octo coſtas conſiſtunt, alimentum prębeat. Etenim ſuperiores quatuor, non ab iјs, ſed a vena ad iugulum aſcendēte,quę a medio loco,inter cor & iugulū exoritur,nutrimentū ſuſcipiūt. Pręterea & hoc quoq͒,nō minus abſurdū,ad Eraſiſtrati verba ſequitur.Nam pus quod a ſupernis quatuor thoracis coſtis,in cōcauam venā refertur,maxime quidē ad eas venas ducetur,quæ ad ceruicē,& ſcapulas,& caput, & manus,imo potius ad vniuerſas animalis partes, perueniunt.Hęc ſunt fere abſurda,quę ad Eraſiſtrati ſcripta ſequi videntur. Accedit ad hæc,quod cauſam in hac perpenſione penitus nō attigit. dicens enī, nō facile pus effunditur in ſpacium,quod iter coſtas eſt & pulmonē,quia ſuccingens coſtas membrana,neruoſa ſit, & fortis,atq͒ diuidi cōtumax, pus aliquādo in hoc ſpacium effundi poſſe, nō negauit,quippe qui verbis ſuis,non facile,addiderit.Debuit ergo dicere, id quāq̄ non facile fit, tamen aliquando. deinde viā oſtendere,qua ſuppurati,pus expuere poſſint.Vt enim ex iјs nō paucos perire,ita & alios perplures ſeruari videmus. Quorum ſi quis per ſingulos dies, reiecti puris quantitatē collegerit,interdū ſex,aut octo heminas,interdum quindecim, atq͒ interdū plures, totam ſummā ęquare inueniet.Cęterū id quod quā creberrime dicere conſueui,nunc quoq͒ dicam, quod multi medici,rerum quę manifeſte videntur, cauſam reddere nequeūtes,eas eſſe omnino negant.Quamq̄ (vt dixi) omnes quotquot in thorace vulnerati ſunt, iniectam per vulnꝰ aquam mulſam,ilico expuere ſolent.Nonnulli etiam curato,conglutinatoq͒ vulnere, inprimis quidem diebus purulenta quędam expuūt, niſi recte, ac exquiſite, vniuerſus ſanguis,per vulnus

(quatiendo videlicet hominē, qui ſic vulneratus eſt) fuerit effuſus. At vero membrana coſtas ſuccingens, & valida eſt, & neruoſa , ac diuidi contumax, huic ſermoni adde, ſi velis, quā ob rem humores in ſpaciū thoracis effuſos, hæc quidem nō tranſmittit, ille vero non recipit. Atq; dic etiā cutē membranis eſſe multo fortiorem, atq; craſſiorē, vt per fractionū oblęſiones, cruentū humorem, quo minus per ipſum penetrando egrediatur, prohibere poſſit, hunc tamen in nonnullis videmus adeo copioſe effundi, vt totas etiā faſcias poſſit irrigare. Quod quū ita fieri videam⁹, idē haud abſurde per reliquas quoq; mēbranas fieri fatendū eſt. Atq; ſatius fuiſſet Eraſiſtratū nō de hac re dubitare, ſed id potius abundanter intelligere, quomodo humor inter thoracē & pulmonē cōtentus, in aſperas pulmonis arterias recipiať, ad leues vero arterias, atq; ad venas, ꝑuenire nō poſſit. Nam & ipſo Eraſiſtrato authore, tria hęc vaſa ſimul extendūtur, atq; ſimul diuiſa, terminanť ſuo extremo quodlibet ore, in adiacentē pulmōi mēbranā. Cū ergo tria hæc ora inter ſe proxima ſint, cur in vnū dūtaxat fiat trāſſumptio, q̄rere debuit Eraſiſtratus. Nam longe præſtantius erat, ea q̄ fiūt, quomodo fiant q̄rere, quā qđ fiant negare. Quāq̄ neq; dubia, neq; īuentu difficilis mihi videť, eorū q̄ in thorace cōtinenť, in pulmonē receptio, q̄ quidē in aſperę arterię ꝑtibus extremis fieri poteſt, quippe q̄ nō adeo anguſte ſūt, vt leuarū arteriarū atq; venarū ꝑtes extremę. Atq; qđ magna ex parte, aſperarū arteriarū eſſentia, cartilago eſt, q̄ cōcidere, atq; cōcludi oīfariā nō poteſt. quod q̄ earū, q̄ duorū vaſorū reliquorū, ora, multo ſunt āpliora. Cū igiť ipoꝝ circa pulmonē diuiſiōes numero ſint ęq̄les,

rationi cõſentaneũ eſt, aſperę arterię veluti ramos, reliquorũ duorũ generũ partes, ſemꝑ ex ꝓportione ſuperare. Id vero manifeſte apparet per viſceris ipſius diſſectionẽ, nam vicina quęq; vaſa eandẽ inter ſe ſeruant in magnitudinis exceſſu ꝓportionẽ, quã ab iitio maxime eorũ ꝑtes habere cõſpiciũtur. Hęc ſunt quæ dicere debuit Eraſiſtratus. ac deinceps, vtrũ aſpirationis, an quietis tẽpore, pus ex thoracis ſpacio ĩ pulmonẽ recipiat̃, explicare. ac deinde quũ id, neq; per aſpirationẽ, neq; per quietẽ fieri docuiſſet, oſtendere, ipm̃ reſpiratiõis tẽpore recipi. id quod facillimũ erat demonſtrare, ei cui prius ꝑſuaſum eſſet, reſpirationis actionẽ ad thoracẽ ꝑtinere, pulmone nullã ꝓpriã habente motionẽ. quippe qui per cõſequentiã dilatato thorace, pariter attollit̃. eo vero cõſtricto, ip̃e, ſpõgiarũ exemplo, quas manibus exprimimus, in ſeſe reſidere ſolet. Eteni hoc pacto per magna vulnera, fibra ipſius cõcidere videt̃. verũ citra vulnus, cõſtrictus thorax, humorẽ qui in eo ſpacio, qđ inter ip̃m & pulmonẽ eſt, cõtinet̃, vehemẽter ĩ aſperas ip̃ius arterias cõprimẽdo cogit. Nec credas velim, huic orationi, vehemẽter, fruſtra fuiſſe iſertũ. Niſi eni vehemẽter admodũ, thorax pulmonẽ ex omni parte cõprimat, humor in aſperarũ arteriarũ ora recipi non poterit. Q uãobrẽ natura, quo robuſtior fieret expreſſio, tuſſi vocata, donauit aĩalia. Q uæ cũ naturale ſit accidẽs, & ſternutamentũ, & ſingultũ, & nauſeam, ſimilitudine quadam imitat̃, de quibus in libro de cauſis accidentiũ ſatis dictũ eſt. Verũ quia viribus opus eſt, quibus hm̃õi accidens naturale excitet̃, cõtingit creberrime per ſuppuratos affectus, mori laborãtes, ꝓſtratis antea viribus, quod a validiſſima thoracis cõſtrictione, eadẽq;

celerrima, tuſſis excitať. Atqui vires ĩbecillę, neq; valide neq; celeriter agere poſſunt. Ergo de expuitione quę ex ſpacio thoracis procedit, ſatis fuerit hęc dixiſſe. redeamus igitur rurſus ad eũ quẽ ab initio propoſuimus ſermonẽ. Sane quę in ſuccingente coſtas mẽbrana, ac muſculis illi cõtinuis, fiunt inflãmationes, morbũ quẽ lateralẽ vocant, efficere ſolent. Huius accidentia inſeparabilia ſunt, febris acuta, dolor, ꝑinde ac ſi locus vel intendať, vel pungať, ſpiratio frequens & exigua, pulſus paruus, arteriã & durã, & quodã modo tenſam indicans, tuſſis magna ex parte cum ſputis coloratis. nõnunq̃ vero ſine his. Has incoctas pleuritides nominant, quę vel celeriter hominẽ rapiunt, vel longo temporis ſpacio finiunť. Ac dolor modo ad iugulũ, modo ad pręcordia peruenire videtur. Sunt pręterea alij coſtarũ cũ febre dolores, per quos ſpirationem exiguam reddi neceſſe eſt, ſed nullũ redditur ſputum, vt in ea re nihil a pleuritide ſine ſputo conſtante, differre videatur. Verũ hj facile ab illis diſcerni poſſunt. In his enim nulla omnino tuſſis eſt illi vero qui ſine ſputo pleuritide laborant, ſicca tuſſi moleſtantur. deinde quod neq; tenſionem, neq; duriciẽ vllam, refert pulſus. poſtremo quod non æquę acuta febri laborant, neq; adeo difficulter ſpirant. Sunt etiam nonnulli qui preſſo inflammato loco, dolere ſe fatentur. Etenim ij per ſputum non purgantur, quia ab initio nihil eius ſucci, qui inflãmationem excitauit, ad thoracis ſpacium peruenire ſolet. At concocta inflãmatione, niſi pus prius diſſipatur, ad cutem vſq; attollitur, atq; inciditur.

Pleuritis

Sputũ coloratum

Incocta pleuritis.

Dolor ſiĺis pleuretico.

¶ De ſepti tranſuerſi affectibus. Cap. III.

Phrenes. TErminũ quo thoracis pars inferior fi-
nitur, antiqui phrenas (id eſt mentẽ)
appellauerũt. ſiue ſimpliciter id ipſis
ĩ animũ venerit, ſiue(vt aliqui putãt)
quia eo inflãmatione affecto, mens
quoq; ledatur. Verũ qui Platonis ſę-
Septum. Plato culo ſucceſſerũt, ſeptũ ipm̃ nominare ſoliti ſunt, q̃uis
Plato ipſe ſimiliter vt reliqui veteres, phrenas vocita-
ret, putãs ipm̃ ĩ aĩa lib⁹ vtilitatis grã fuiſſe creatũ, vt-
pote qđ animi iraſcẽtiã, ĩ corde cõtentã, a cupiditate,
cui⁹ ſedes ĩ iecinore eſſe credit̃, diſtiguit. ꝓpĩde medici
neglecto priſco noĩe, ſeptũ ipm̃ appellare cõſueuert̃.
Spina. Id qđ in dorſi quoq; ſpina eos feciſſe conſtat. quippe
Medulla. huic quoq; ob ꝓpriã eſſentiã medullę nomẽ eſt, quẽ-
admodũ iſtrumẽtũ cui⁹ nũc mẽtionẽ fecim⁹, phrenes
nuncupant̃. Verũ quo clarior eſſet dinotio, illi dorſa-
lis, queadmodũ et ceruicalis, et ſpinalis, atq; lũbaris,
cognomẽta addiderũt. Poſtea fere oẽs ſimpliciter dor
ſalẽ appellare cõſueuerũt. Sic ĩ p̃ſenti quoq; ꝓpoſito,
Diaphragma. phrenũ noĩe reiecto, diaphragma (id eſt ſeptũ tranſ-
Ariſtoteles uerſum) noĩare magis placuit. Ariſtoteles autẽ hanc
Succictura aĩalis ꝑticulã ſuccincturã appellat, neſcius ipam ma-
gnæ ac perquã neceſſarię actioni, in aĩalibus eſſe de-
putatã, quippe q̃ ſpiratiõis iſtrumẽtũ eſt. nec mirũ eſt
ſi ſpirationẽ, quũ afficit̃, lędat, vt quia vel ſpinę, vel
neruis ab ea exortis, cõſentit, veluti ſupra de ſpiran-
di difficultate dictũ eſt. vbi etiam proprios ipſius af-
fectus percurrimus. At vero nunc eos affectus, qui
ſuperno conſentiente principio, ei adueniunt, per-
Delirium. ſtringamus. ¶ Igitur antea quam aliquis deliret, fre-
quentem ac exiguum, infeſtante vero iam delirio,
multa varietate inæqualem ſpiritum reddit. velu-

ti de ſpirandi difficultate iam dictum eſt. Atq; delirare etiam ſolent nonnulli, ob vicium quod in ore vētriculi cōſiſtit, & febrib⁹ ardentibus, & pleuritide, & peripneumonia. q̄ vero ob ſepti trāſuerſi affectū accidūt deliria, nō mltū diſtāt a phrenitide. qppe p ceterarū ptiū affect⁹, atq; p febres ardētes deliriū mitigari ſolet, quoties morb⁹ declinare videt̃. At phrenitidis propria, præcipuaq; nota eſt, ne in declinatione quidē febrium, delirium quieſcere. Neq; enim p conſenſum duntaxat, ſub huiuſmodi morbo cerebrū afficitur, ſed propria primariaq; affectiōe laborat, atq; proinde paulatim conquieſcit hic affectus. Veluti etiam neq; ſubito, neq; affatim, vt in ijs partibus, quarũ nuper mentionē feci, accidere cōſueuit. Quippe anteaq̃ inualeſcat, pręcedunt ipſum accidentia non pauca. Eaq; omnia phrenitica indicia vocantur quæ ab ijs quoq;, qui me p̄ceſſerunt, conſcripta ſunt. Nā interdum vigilias p̄cedere, ſiue etiam ſomnum, manifeſtis imaginibus turbatum, ita vt & clament nonnulli, & exiliant, videre eſt. Interdum vero adeo agreſtis accedit obliuio, vt laborantes aliqui, quū matellā petiuiſſent, meiere tamen neglexerint. Aut quum lotiū emiſiſſent, matellā ipſā ꝓdere, haudquaq̃ meminerint. Interdum maiori cum tumultu, aut temeritate reſpondent, præſertim vbi aliquis antea fuerit manſuetus. Atq; ij omnes exiguo vtuntur potu. Spiratio ipſis rara eſt, & magna. Nōnunq̃ occiput dolor infeſtat. Quum vero iā ꝓxime ad phrenitidē accedunt, oculi eis vehementer euadunt ſqualidi, aut ex altero ipſorū acris lachryma effūditur, ac deinde lippitudo innatat, & venæ ipſorum ſanguine plenæ videntur, & ſanguis ſtillat e naribus. Quo tempore nihil quod

Phrenitica indicia.

exacte ad prudentiã ꝑtineat, reſpondent. & floccos auellunt. & feſtucas carpunt, atq; aridiore febri, cui non ita magnæ in alterutram partẽ mutationes acce dunt, torquentur. quẽadmodũ in alijs quibuſdam fe bribus videre eſt, quæ ꝑ vigorẽ quidẽ grauiſſime iſe= ſtant, inclinationes vero habent mitiores. Ad hæc li= gua quoq; ſalebroſa eſt, nõnulli interdũ audiẽdo fal= ſi videntur, ac interdũ mœſti iacent, vix quicq̃ reſpõ= dentes, atq; diſpoſitione dolorifica affecti, vel acrius p̃mente aliquo, eã haudquaq̃ ſentiunt. Ergo hoc mo do per cerebri affectũ, paulatim phrenitis euenire ſo let. Ob nullius autẽ partis, p̃terq̃ ſepti trãſuerſi viciũ, deliriũ iugiter infeſtare poteſt. hm̃oi enim affectus, continuũ fere delirium inducit, adeo vt veteres puta= uerint, hac parte inflãmatiõe affecta, homines phre= niticos euadere. atq; ob eandem ſuſpitionẽ, phrenas (id eſt mentem) eã appellauerunt, tanq̃ ſapienti parti acciderit quippiã. Verũ deliriũ quod hm̃oi vicio ac= cidit, a phrenitide diſtinguitur, & ex oculorũ accidẽ= tibus, & ſanguis a naribus ſtillis, atq; ſpirationis ſpe= cie. quippe phreniticorũ ſpiratio magna eſt, et ex lõ= gis ſemꝑ interuallis. Contra, vbi a ſepto deliriũ ori= tur, inęqualis, vt modo exigua ſit, atq; frequẽs, modo magna, & anguſtioſa. Nã incipiẽte ſepti tranſuerſi i= flãmatione, prius q̃ delirent laborãtes, exiguum, ac frequẽtẽ, reddunt ſpiritũ, cõtra, ijs qui ob affectũ ce= rebrum delirãt, magna ꝑdit, raraq; ſpiratio. Atq;, vt ſummatim dicam, veluti eorum accidẽtiũ, quæ phre nitiden antecedere diximus, aut nullum apparet, aut ſi apparuerit aliquod, id perexiguũ eſt, in his q= bus ſeptum trãſuerſum inflãmatione laborare inci= pit, ita rurſus intendi pręcordia, ſepti tranſuerſi, ilico

Deliriũ a ſepto trãſ= uerſo.

ab initio affecti, propriũ indiciũ eſt, id quod affecto cerebro poſteri⁹ accidit, nõ ĩcipiẽte videlicet affectu, ſed quũ paratus iã fuerit. Atq; calor quoq; circa caput & faciẽ vehemẽtior eſt ijs, q ob cerebri viciũ delirãt. Reliqui ſepti trãſuerſi affect⁹, ſiue primarij ſint, ſiue ꝑ cõſenſũ illi eueniãt, parti quidẽ ab hoc noſtro propoſito ſunt alieni, quibus ſcilicet manifeſte ĩfeſtatur, quũ ꝑ alia accidentia, tũ per abſceſſus in ipſo exortos, partim vero iam antea dicti ſunt.

¶ De gulæ affectibus Cap. IIII.

EAm partẽ q̃ inter fauces & os vẽtriculi media eſt, quã veteres œſophagon nominabãt, qui poſt Ariſtotelis ſęculum ſcripſerunt, ſtomachon, nos gulã dicimus, appellare conſueuerunt. Quãuis Ariſtoteles priſco ſemper vocabulo hãc animalis particulam nominauerit. ¶ Eius duplex eſt vſus. Vnus quod veluti via eſt, eorũ quę deuorãtur. Alter ꝙ circa vtrãq; viã, actionẽ quãdã efficere videtur, tũ deuorãdo ea quæ ab ore ad ventriculũ deferuntur, tũ reijciendo ea q̃ ab hoc ad os eleuant̃. Sane geminæ ſũt ei partes quas diſſectores tunicas appellãt. altera ad cibi potuſq; deglutitiõem vtit̃. altera ad eã, q̃ vomẽdo fit, expulſionẽ. Proĩde rationi cõſentaneũ eſt, duo eſſe affectuũ ipſi⁹ genera. vnũ qđ veluti viæ, tũ ingeſtorũ, tũ vomitiõe reiectorũ, ei accidit. alterũ vero, qđ ei veluti vtriuſq; actiõis inſtrumẽto, euenire poteſt. Cõſtat vero, duorũ iã memoratoꝝ vſuũ, alterũ quidẽ ſemꝑ eſſe neceſſariũ, alterũ vero ꝓpter occaſiões quaſdã. Igitur eorum accidentiũ quę ipſũ, tanq̃ viã infeſtãt, genus vnũ eſt, quum ob tumorem aliquem præter naturã anguſtior fit ipſius meatus,

Oeſophagus. Ariſtotelis ſæculum. Gula. Stomach⁹.

Alterum quum proprias actiones perficere nequit. Porro iam antea, vbi de angina quæ ad vertebrarum in ceruice luxationem ſequitur, ſermo habebatur, diximus, ꝙ acquiſititia ei anguſtia accidit, vbi ſub vertebris ipſis comprimitur, cuius rei nunc quoq; admonitū te eſſe velim Nec obliuioni tradas tumores eoꝝ muſculorum qui gulā ipſā inuoluunt, ſed quomodo naſcātur ij, in vniuerſum in libro de tumoribus præter naturā dictū iā eſt. Cęterū in ijs omnibus cōmune eſt, quod tanta ſæpenumero inter deuorandū infeſtat anguſtia, vt potus ad nares remittatur. Quū vero inflāmatione affecta gula, familiari propriaq; anguſtia, non a vicinis partibus acquiſita, torquetur, tū grauiſſimus inter deglutiēdum dolor infeſtat, accedente quoq; perquā difficili trāſitu, pręſertim ſi ſupinus, qui laborat, iacens tranſglutire quippiā conetur, quocirca ſic affecti habitum trāſformare, atq; erigere ſeſe ſtudent, ex accidente ipſo edocti, faciliorem ita fieri deglutitionē, adeo vt haud parum habit⁹ hic, ad ciborū in decliues partes delationem, conferre videatur. vtpote quę poſſit ſępenumero vel ſola fieri, ſi prius ex ore vſq; ad gulę initium facta fuerit expreſſio. A ſupino decubitu nullum ſperatur auxiliū, quo facilius ad infernas partes ferātur alimenta, quippe quod tum a ſola gulę actione deuorandi munus perfici poteſt. Neq; vero latet vos, ꝙ partium inflāmatione affectarum nulla, non dolet, quum ſuo munere fungitur. Contra vbi quieuerit, dolor mitigari ſolet. Ergo quum gula ſentiendi facultate ſit pręditā, ipſā quoq; veluti auctariū indiciū, in vſum euocare oportet, quo plenius huius particulæ affectus dinoſcant̄. Idquod a laborāte, inter reſpondendum depræhē-

Gulę inflāmatio.

derelicet, niſi adeo fuerit ſaxeus, vt quid ipſũ lędat, narrare non poſſit. Cõtra, ſi id quiuerit, gulę ſenſus maximum prędtabit corrolariũ, ad affectuũ ipſi⁹ dinotionẽ. Eteni imbecillitatẽ nonnunq̃ percipere ſe dicunt laborãtes, vt lõgo vix tẽporis ſpacio per gulam tranſeant, ea quæ ingeſta ſũt. quæ aliquãdo ad primũ impetũ facile deſcẽdunt, deinde rurſus arcentur, vt videantur impacta, demũ per reſiduũ ſpaciũ facile labuntur. Horum primum actionis infirmitatẽ, alterũ particulæ cuiuſpiã anguſtiã indicat. Verũ vtriuſq; differentias, ex reliquis accidentibus intelligere licet. ❡Nã ob imbecillitatẽ id euenire conijciendũ eſt, quũ à ſola intẽperatura, citra tumorẽ pręter naturã, ingeſtorũ in tranſitu tarditas, & æqualis eſt, & ſine dolore, & apud ſupinũ decubitũ, augetur, erecta vero ceruice mitigat̃, neq; vllus accedit anguſtiæ ſenſ⁹. ❡Vbi vero tumor aliquis acceſſerit, is vnã quãpiã particulã anguſtiorẽ cæteris efficiet, atq; per eã tardior erit tranſitus. ❡Q; ſi tumor inflãmationis fuerit particeps, accedet ei pariter et dolor, & ſitis, & multi caloris ſenſus, & febris nõ admodũ ardens, quę etiã ſiti proportione haudquaq̃ reſpondet. Si vero tumor aliquis ex non ita calidis fuerit, tum citra febrim, & calorem, & ſitim, deglutitionis ięqualitas eueniet, retẽtis in parte quapiã alimentis, præſertim ſi maiuſculum, atq; ſolidũ fuerit, id quod deuoratur. acceditq; dolor aliquis ſed exiguus. Ergo quum aliquando huiuſcemodi accidẽtia lõgo tẽporis tractu nobis apparuiſſent, accedente nonnunq̃ ephemera febre, nõnũq̃ etiã horrore, coniecturã fecimus abſceſſũ incoctũ eſſe in gula. Accidit vero procedente tẽpore, vt laborãs fractionis ſenſum perciperet, ac ſubide pus euo-

Homo lapideus.

Gulę imbecillitas.

Gulę tumor

Gulæ inflãmatio.

Gulę vlcus

meret, idq; nõ ſolum eodem, ſed poſtero quoq; die, atq; itidẽ tertio, deinde ſuccedebant ei deinceps, oĩa vlceratę gulę indicia. quippe ſiue acria, ſiue acida, ſiue ſalſa, ſiue acerba deuoraret, aut vellicationem, aut conſtrictionem ſentiebat, dolebatq; hac in parte, vel nihil deglutiẽdo, ſed moderatius. Vehementiorẽ vero dolorẽ excitabant ea, quibus mordendi, aut conſtringendi vis erat. Hic ergo longo tẽporis ſpacio, vix ſeruatus eſt, fretus ſcilicet ętatis beneficio. etenĩ natu maiores, fere omnes pęrierunt. Sane quotquot dolorificum quempiã in gula habẽt affectũ, oẽs ex dorſi quoq; dolore ipſum ſignificanter declarãt. cuius rei cauſa haud obſcura eſt. ijs qui gulam ſpinę incumbẽtem viderunt. Quinetiam conſtat, quod ex gulæ vaſis, haud ſecus quã ex reliquis omnibus, ſanguis vomendo reijci poteſt. Id ſi ob ruptũ vas acciderit, dolor ibi percipitur, vbi aliquid fractum eſt. atq; ſedem affectam indicat. Haud ſecus vbi vena fuerit eroſa, ſiue diabroſin, ſiue anabroſin, ſiue aliter quomõlibet nominare volueris, locus affectus depræhendi poteſt. Aperto autem vaſis alicuius ore, nullus omnino dolor ſentitur. atq; hac re a reliquis diſtinguitur. ac pręterea quod neq; ictus, neq; caſus hanc profuſionem præceſſit, id quod rupto vaſe videre eſt. Quanquã ob ſolam ſanguinis plenitudinem, nulla adueniente extrĩſecus cauſa, vaſa interdum diſrumpi poſſunt. At venæ eroſionem, vlcus pręcedere ſolet. Fit autem vlcus, vel a fractione, vel a vicioſorum humorum influẽtia, id quod in cute quoq; ſępenumero accidere videmus.

De oris ventriculi affectibus Cap. V.

VEteres os ventriculi cor nominabāt, ab accidentibus quę inducere videtur, hanc (vt aiūt) deducentes appellationē. Neq; enī ſyncopā dūtaxat, veluti cor, ſed etiā conuulſiões, ſopores, morbū comitialē, melancholiam, inferre ſolet. quinetiam accidentia, qualia per ſuffuſiones infeſtant, vt iam antea, quum de oculis loqueremur, dictū eſt. Atq; omnes ij affectus, conſentientibus ei cęteris partibus, in ipſo fieri dicuntur. Nam ad propriā eius rationē ꝑtinet, & appetentiam prohibere, & natātes in eo cibos corrumpere, quemadmodum id haudquaq̄ fieri ſolet, quum cibi in ventriculi fundo firmantur, præcipue ſi ſuapte natura non ita facile corrumpantur. Igitur exacte animum aduertere oportet, vt diſcernantur affectus, qui ipſius occaſione per conſenſū eueniunt ab ijs qui huiuſmodi particulis, quarū actiõibꝰ nocere conſueuit os ventriculi (quod vt veteres õnes cor appellabāt, ita noſtra tēpeſtate ſtomachus, id eſt gula vocat̃) primario accidere cēſent̃. Sed hęc iter ſe diſcernere facile poterit is, q aſſidua exercitatione circa notiões verſatꝰ, ea q̃ p̄ceſſerūt, diligēter cõſyderauerit. Sunt enī proprietates q̄dā ineffabiles, vna cum accidētibus q̃ enarrari poſſunt, eueniētes, quibꝰ certiores ſtabilioreſq; euadunt affectarū partiū notę. ſed has vnuſquiſq; per ſe iuenire poterit. Quę vero tanq̄ fundamenta vniuerſę dinotionis exiſtūt, atq; ex qbꝰ ſtudioſiſſimi quiq;, ineffabiles accidentiū ꝓprietates ediſcūt, deinceps explicare aggredior. Igit̃ grāmaticꝰ quidā iuuenis, quoties vel nimis vehementer doceret, aut cogitaret, aut inediam ſuſtineret, aut iraſceretur, comitiali morbo corripiebatur. perpendi

Os vētriculi. Cor.

Os ventriculi. Stomachꝰ.

Grā Epi Mo miti

equidem in hoc os ventriculi, vtpote quod facile ſentiret, affectũ eſſe. ac deinde per conſenſum & totũ cerebrũ, & corpus vniuerſũ, conuulſione concuti. cui ꝓbã concoctionem accurate procurare, ac deinde vel tertia, vel quarta hora panẽ optime præparatũ exhibere iuſſi. atq́ hunc quidẽ ſolũ, ſi non ſitiret. ſi vero ſiti cruciaretur, ex vino madidũ, & quidẽ albo, atq́ ſubacerbo. Nã huiuſmodi vinum, vt ventriculum robuſtũ efficit, ita haudquaq̃ tentat caput, id quod facere ſolent, ea quę vehementes vires obtinent. Itaq́ quum hac victus ratione vtens, non vt ante afficeretur, exactã iã notitiã me habere arbitratus ſum, eorum quę prius ſola coniectura conſeq̃bar. Itaq́ quolibet anno bis, aut etiã ter, medicamentum amarum ex aloe ei exhibui. Purgatis deinde ex vniuerſo ventre excrementis, reſumptiſq́ ad proprias functiões viribus, vir ille viginti annis, quibus poſtea ſuperſtes permanſit, integra, inculpataq́ valetudine, vitã exegit. Qꝫ ſi aliquando ob ingruentia negocia diutius a cibo abſtinere cogeretur, exigua quadã conuulſione vexabatur. ¶ Neq́ non alios quoq́ vidimus, cõuulſione per morbum comitialem, ob oris ſtomachi vicium correptos, quum aut non probe concoxiſſent, aut vini, & quidẽ meracioris, plurimũ potaſſent, aut vbi veneri immodice operã dediſſent. ¶ Quinetiam per febres, quoſdã conſpeximus derepente conuulſione pręhendi, nullo (quod eã præſagiret) pręcedente indicio, qui bilioſo ſuperueniente vomitu, protinꝰ ab omni noxa liberati fuerunt. atq́ hoc modo affectoꝝ nonnulli, res quaſdã fuſcas vomendo reiecerunt, alij humorẽ, porri ſucco ſimilem, quidã etiã vicioſis grauati cibis, ſoporoſi permãſerunt, donec eã quæ os vẽ-

Vinũ albũ

triculi opprimebāt, omnia euomuiſſent, Atqui ho⁊ accidentiū, vix vllū crederes, a vētriculi ore procedere, queādmodū ne ſyncopas quoq;, niſi tā crebro euenire viderentur. Quāq; eni non pauci ad ipſum ex cerebro nerui perueniunt, non tamē tanti eſſe videntur, vt eorū occaſione, principiū adeo ipſis cōſentiat, vt conuulſionē inducere poſſit. tantum abeſt, vt quis credat, cor ipſum tam vehementer ori ventriculi conſentire, vt acuta protinus ſequat̃ ſyncopa. Porro multos non ſolum ſomnia & ſomni incerti moleſtāt, ſed amentia quoq;, propter vicioſum humorem in ore ventriculi exauctum. ¶ De flatuoſo vero vocato prę-cordiorum morbo, nemo non dixit, quomodo triſtitiam, deſperationem, mœſtitiā inducat, atq; vt ſummatim dicā, ad melancholiæ accidentia, nihil reliqui facit. Quippe laborātes huiuſmodi morbo, poſt cruditates, dictis accidentibus multo vehementius infeſtantur, ac quidā ex ipſis ſplenici quoq; fiūt. quocirca conijciendū eſt, ex hoc etiā viſcere, vicioſam saniē, in ventriculū irruere. Ergo ea accidentia quæ vel cerebrum, vel oculos afficiunt, vicioſorum humorum vaporationem ſequuntur. At ſyncopa, quę gulę vicio ſolet euenire, ob dolorū ipſius proprietatem, exolutionē inducit, eius intemperatura ad cor fortaſſe perueniente. Queādmodū vbi cor vehemēter intemperatū eſt, vires agminatim cadere neceſſe eſt. Atq; cōſtat etiā ꝙ κιτται (id eſt pice) vocate, mulieribus accidunt, vbi hęc particula affecta eſt. Quæ eni aut canū more, aut nichil oīno, aut malos cibos cupiūt, ijs appetentię inſtrumentū læſū eſſe certū eſt. id vero os vētriculi eſſe demonſtratum iam eſt. Sic etiam nauſea, cordis dolores, ſingultus, inter huiuſce partis affect⁹

Hypochōdriaca melancholia.

Syncopa.

Canina cibi cupiditas.

Nauſea.

Cordis dolor.

Singultus.

numerari debent. verũ omniũ harũ affectionum cau ſas in libro de accidentium cauſis iam diximus. vt nihil nunc opus ſit, in earũ explicatione tẽporis iacturam facere. Etenim quę per intemperaturã, ei veluti ſimilari corpori, morborum differentię adueniũt, iã ibi enarratæ ſunt. Inſtrumentales vero morbi qui ei accidere ſolent, adeo manifeſtas habent notas, vt latere poſſint neminem, qui cõmunes ſignificatiões, q̃ & in his antea cõmentarijs, & in alijs quibuſdã præſcriptę ſũt, memoria tenuerit. Neq; eni abſceſſ⁹, neq; inflãmatio, neq; eryſipelas, neq; vlcera hui⁹ loci, ĩ obſcuro ſunt, vtpote quorũ cõmunes ſunt notę, cũ ijs q̃ ſupra de gulæ affectionibus dictæ ſunt, atq; illis eo manifeſtiores, quo facilior huic parti ſenſus eſt, ac clarã quoq;, prõptãq; notionem habet. Similiter vbi ex hac parte ſanguis reijcitur, indiciorũ proprietas, cõmunis eſt cũ illis, quæ de gula iam diximus. verũ cognitio longe manifeſtior euadit. ¶ Atq; par eſſe videtur, totum ventriculi ſpaciũ, ſimili diſpoſitione affici, quales ſunt illæ quas in ipſius ore fieri diximus, atq; ſimilia quoq; ei aduenire accidẽtia. Quod vero lõge maiorẽ inferunt violentiã, ea quę in ipſius ore cõtingunt, idcirco medici ea quę in parte ventriculi inferiore eueniunt, & deſpicere, & contemnere ſolent. At quia coctionis opus, in partibus ab ore inferioribus fieri, nullus non fatetur, neceſſe eſt hanc ipſam partẽ, quum male diſpoſita fuerit, cruditatum eſſe cauſam. quin videlicet vel ob inordinatam alimentorum ingeſtionem, aut multitudinẽ, aut qualitatem, homo concoquere nequit. Morbi vero cęteris partib⁹ omnibus communes, ſiue inſtrumentales ſint, ſiue per ſolã intemperaturã infeſtẽt, quorũ ſedes affectę ma-

nifeſtæ ſunt, ad hanc præſentem commentationem proprie non pertinent. quippe eas duntaxat partes, quæ ſenſus iudiciũ effugiũt, conſyderare propoſitum eſt. Sed de ſanguine qui ex ipſo vomendo reijcit, nõ conuenit inter medicos. Etenim ſunt qui putent nequaq̃ fieri poſſe, vt ſanguis vel ab hepate, vel a liene, effluẽs, per ipſum euacuetur. ſimiliter de pure quoq; ab ipſis erumpente exiſtimant. verum enimuero per artis exercitationem, vtrãq; opinionem examinanti mihi, viſa eſt per ipſum fieri euacuatio ex dictis viſceribus. Cęterum differre voluimus huiꝰ rei doctrinã, in eum locũ vbi de ipſis ſermonem faciemus. quippe deinceps & iecinoris, & lienis affectus percurrere ꝓpoſitum eſt.

¶ De iecinoris affectibus Cap. VI.

HVic parti, quẽadmodũ & cęteris oĩbꝰ, duplex morborũ genus accidit. Vnũ a ſola itẽperatura, citra tumorẽ ꝑter naturã. Alterũ vbi vna cũ intemperatura, tumor quoq; infeſtat, vt inflammatio, eryſipelas, ſcirrus, id eſt tumor durus, a ſpiritu extenſio, a groſſis & viſcoſis humoribꝰ obturatio, idq; in extremis vaſorum partibus quæ ex venę ipſius portis exoriuntur. Verũ in ijs laborans, & grauitatem, & præcordia veluti ſuſpenſa, ſentit, ꝙ ſi fumoſus quoq; ſpiritus, cui non pateat exitus, ibi concludatur, nõ ſolũ grauitas, ſed tenſiõis etiã ſenſꝰ ſequetur. ¶ Inflãmatiões vero quę in hoc viſcere citra ipſius ĩbecillitatẽ naſcuntur, ſiquidẽ in gibba parte conſiſtãt, ꝓcipue ſi grãdes fuerint, perfacile vel ſolo tactu dinoſci poſſũt. At ſimarũ partiũ inflãmationes, per alia potius accidẽtia, quã ꝑ tactũ iueſtigare (Hepatis ĩflammatio)

oportet. ¶ Incipiam igitur ab his quæ ĩ parte gibba oriuntur, ſi prius vos admonuero, eorũ quos in corporum diſſectione conſpexiſtis muſculorũ, q̃ ſub cute tenduntur. Sũt vero octo numero, quatuor cõtenti cõiugatiõib⁹. Quarũ pria ex muſculis cõſtat rectis, per totũ carneis, a pectore ad pubis oſſa, ita enĩ vocãt diſſectores, deſcendẽtib⁹. At reliquarũ triũ coniugationum muſculi, vſq; ad rectorũ contactũ, carnea q̃dem parte conſtant, vbi vero primũ illos attigerunt, ĩ neruoſas mẽbranas degenerare videntur. Horũ itaq; muſculorũ vna coniugatio, quæ quidem reliquis exterior eſt, a thorace obliqua deducitur, in anteriores partes deſcendens. Altera huic contraria, ab infernis exorta partibus, obliqua ad anteriores aſcẽdit. Huic tertia muſculorũ coniugatio ſubijcitur, qui tranſuerſum habent poſitum, atq; peritoneo, id eſt mẽbranæ quę inteſtina continet, innituntur. ¶ Rectorũ autem muſculorũ, tumores pręter naturã, oblongi, atq; per totũ ventrẽ extenſi, videñt, vmbilicũ, veluti ipſi quoq; muſculi, compræhendentes. quapropter haud obſcura eſt eorum dinotio, vtpote quos & poſitus, & figura declarat. accedẽte ad hæc, q̃ ipĩ a nullo exteriore muſculo conteguntur. Hęc autẽ obliquis quoq; muſculis, qui a thorace deſcendunt, ſunt communia. At multo difficilior eſt notitia muſculorũ qui ijs ſubiecti ſunt, difficillima vero tranſuerſorum. ¶ Conſtat autem iecur intra hos ſub peritoneo eſſe poſitum, quod quum tribus cõtegatur muſculis, fieri non poteſt, vt tactus aliquam ipſius notitiam præſtet, niſi vel magna in ipſo oriatur inflãmatio, vel incũbentes ei muſculi extenuentur. Sed iecur affici declarant in dextra præcordiorum parte grauitas, dolor tota præ-

Vẽtris muſculi.

Peritoneũ.

cordia retrahens, atq; ipſius vſq; ad iugulum extenſio (nam & hoc nonnunq̃ euenire ſolet) exigua tuſſis, linguę color, in primis quidẽ ruber, deinde vero niger, ingens faſtidiũ, ſitis inexhauſta, vomitus tũ ſyncæræ bilis, tũ eius quæ ouorũ vitellis ſimilat̃, q̃ poſtea eruginis aliquando colorẽ referre conſpicitur. Aluus quoq; aſtringit̃, niſi vna cũ viſceris huius imbecillitate, ĩflãmationẽ excitari contingat. ❡ Eryſipelatis autem accidentia, his fere ſimilia ſunt. Sed inſup febris quoq; cũ vehementiſſima ſiti laborantes cruciat. eas enim febres quas ardentes antiqui vocabãt, magna ex parte aduenire videmus, iecoris, aut ventriculi, flãmeis diſpoſitionib⁹, atq; in pulmonis inflãmatione eryſipelatis participe (Gręci φλεγμονὴν ἐρυσιπελατώδην appellant) ardẽtes febres excitãt̃. quẽadmodum vbi in vniuerſo quoq; corpore, bilioſi humores ad immoderatum feruorem perueniunt. Verũ hæ q̃ aut iecoris, aut ventriculi occaſione eueniunt, õnium ſũt vehemẽtiſſimæ. Quib⁹ particulis ita laborãtib⁹, febres magna ex parte ĩ tabẽ trãſmutãt̃. Sed de hac alibi ſeorſũ ſcriptũ eſt. ❡ Quę ĩ ſimis iecinoris partibus eueniũt inflãmatiões, vt magis q̃ illæ q̃ in eius gibbo fiunt, faſtidiũ, nauſeã, vomitũ bilioſum, ſitim ingentem, inducunt, ſic econtratio hæ, maiori q̃ illæ, inter ſpirandũ dolore (vt dictũ eſt) laborantẽ afficiũt, magiſq; tuſſim excitant, atq; dolorẽ vſq; ad dextræ partis iugulũ, adeo vt detrahi videatur, extendunt. porro vtriq; parti quũ dolor adeſt, nothæ coſtę nonnunq̃ cõſentiũt. Nã in hac re, ambę eius partes, merito cõmunicare videntur, q̃uis nõ paſſim oĩbus aĩantibus id eueniat, eo ꝙ non in oĩb⁹, iecur per membranas coſtis adaptatur, id quod non ſolũ in ſimijs, ſed

Margin: Eryſipelas.

Margin: Simarũ iecoris ptiũ inflãmatio

in alijs quoq; animalibus videre eſt. Eteni in alijs q̄dem attingit, in alijs contra. Igitur quemadmodum interdum in gibbis duntaxat, ita & in ſimis hui⁹ viſceris partibus, inflāmatio orit̄. q̄uis in neutra partiū exquiſite diſtincta poſſit conſiſtere. Nā omnium ei⁹ partium carnes inter ſeſe continuantur. Cæterū quibus vel a natura, vel a morbo, abdomen extenuatū eſt, in ijs facile eſt videre ingentē iecinoris inflāmationē. quæ propriā hāc a muſculorū tumoribus ſortit̄ differentiam, quod moles eius manibus tractata, ag minatā circūſcriptionē haudquaq̄ excedit. At muſculus quilibet, quū totus ſibi continuus ſit, inflāmationis ipſius moles ſenſim diminui cōſueuit. quippe ſoli iecinori propriū eſt, vt tumoris cumulū cōprȩhenſim habeat circūſcriptū. ¶ Vnde manifeſtū eſt, ꝙ durus in ipſo tumor (grȩci ſcirron vocāt) multo euidēti⁹ dinoſci poteſt, eo ꝙ durior ſit ſcirri ipſius, q̄ inflāmatiōis moles, ꝙq; in huiuſcemodi diſpoſitiōe, extenuata ſint corpora, quȩ ei incumbunt. At vero tractu tēporis, q̄uis magis increſcat ſcirri cumulus, non tamē eque facile fuerit, per tactū ip̄m cognoſcere, intercipiēte ſcilicet indicium aqua inter cutē, quæ ilico ſcirrum ſequi conſueuit. Quippe niſi hepar afficiatur, haudquaq̄ fieri poteſt huiuſmodi affectus, non tamē ſemper ob primariā eius affectionem excitat̄, q̄uis hoc ſit q̄ frequentiſſimū. Eteni quia ipſum eius facultatis, quȩ ſanguinē gignit, inſtrumentū eſt, cōſequēs eſt, vt viciato hoc viſcere, actio quoq; eius vicietur. Accidit aūt (vt dixi) quum aliā atq; aliā partē frigida intemperatura afficit, vt hepar quoq; refrigeret̄. Igit̄ ſi vel lienis cauſa, vel ventriculi, vel inteſtinorum vniuerſorum, maxime ieiuni, meſentericȩ venȩ habituali in-

Scirrus hepatis.

temperatura afficiantur, facile etiam vna refri gerare poſſũt, omnes ſimarum iecoris partiũ venas. q uo ſit vt ad hepatis quoq; corpus, intemperatura ipſa pue niat. Si vero vel pulmonis, vel ſepti tranſuerſi, vel renũ occaſione, id accidat, imprimis venæ, quę viſceris huius partibus gibbis conſiſtũt, per conſenſũ afficiũtur, deinde tractu tẽporis, hepar quoq;, eadẽ diſpoſitione infeſtatur. ¶ Ergo ea q̃ hucuſq; diximus, ſic ſe habere nemo inficiabitur, niſi forte quis, aut ſuapte natura contentioſus, aut oĩno fuerit indoctus. ¶ De obſtructione vero, non ęque certæ habentur cõiecturę. Eteni ꝙ ſimarum partiũ venæ, ab ea quæ in porta exoritur, in tenuiſſimas extremitates finiantur, haud obſcure apparet. Atq; quod ad eũdem locum, aliæ quoq; venarũ extremitates, a cõcaua vena, i gibbas viſceris partes diſtributarũ perueniant, ſimiliter conſtat, licet quomodo per ſua ora ipſæ inter ſeſe cõiungantur, videre nequaq̃ poſſimus. Neq; enim dubitat aliquis, ſed oẽs fere medici ex vno ore enũciãt, ꝙ cibus vniuerſo corpori diſtribut9, ex oĩbus ſimarum partiũ venis exiẽs, ad gibbas partes per dictas extremitates trãſſumitur. Q̃ſi fateamur, ſãguis trãſitũ, ob tumoris cuiuſpiã molẽ, conſtringi, ratiõi cõſentaneũ eſſe videtur, vt nonnullis placuit, vt ps q̃ in ſãguine magis tenuis, atq; aquoſa eſt, tranſſumatur, atq; vehatur, ꝑ vniuerſũ corpus. ſyncęrus aũt ſanguis, q̃ propter ſui craſſitudinem, in viſceris ſubſtãtia permanet, morborũ qui ex plenitudine fieri ſolent, cauſa eſſe cenſeatur. Perſcrutantibus vero nobis huius ſectæ placita, videt̃ parti cũ ijs, q̃ ia ſupra dicta ſunt, cõſentire, partim vero nonnichil ab ijs, quæ apparere ſolẽt, differre. Quod enim aquoſa ſanguinis pars trãſ-

Hepatis. obſtructio.

ſumpta in venã concauam, vſquequaq; per corp⁹ diſpergatur, conſequi videtur ad ea, quæ iam in confeſſo eſſe diximus. Quod vero contra, craſſior ſanguis in viſceris venis concluſus, ad inteſtinũ ieiunũ, & colon, & cecũ, atq; rectũ deferatur, & (vt quiſpiã dixerit) in ventrẽ fortaſſe, nemo vnq̃ vidit, neq; in hepatis præter naturã tumoribus, neq; etiã obturationibus. Verũ in omnibus corporis partibus, tũ ſupernis, tũ inferioribus, pituitoſus ſanguis, contineri conſpicit̃, i iis morbis, quos Græci & anaſarcas, & hypoſarcas nominare conſueuerunt. Per aliũ autẽ, nihil cruẽtũ, neq; in iis, neq; in aſcite, neq; in tympania, ſecerni ſolet. Sed ſpaciũ quod inter peritoneũ, & partes ei adiacentes eſt, aquoſo humore impletur. Proinde rationi magis cõſentaneũ eſt vt ob viſceris refrigerationẽ, cibus iã redditus, in ſanguinẽ tranſmutari nõ poſſit, quinetiã q̃d refrigeratis vniuerſi corporis venis, ipſũ quoq; vna cũ illis refrigeret̃, idq; maxime, vbi nullo plerũq; tumore in iecinore apparente, laborãs aqua iter cutem moleſtari videtur, vicio exiſtente vel i liene, vel ieiuno aut tenui inteſtino, aut meſenterio, vel pulmone, vel renibus, aut etiã vbi plurim⁹ per hemoroidas ſanguis excernitur, aut ob muliebre ꝓfluuiũ, aut quũ retinentur menſtrua, aut ob aliã ingentẽ vteri diſpoſitionẽ. Nã per oẽs huiuſcemodi affectus, aqua inter cutẽ hominem vexari contingit, vel nullo exiſtente in hepate prȩter naturam tumore. Id vero præcipue intelligitur ab iis, qui didicerunt quomodo ex intempeſtiua aquæ frigidæ potatione, iecur affati refrigeratũ, ſtatim aquam inter cutẽ inducit, anteaq̃ ſcilicet in durum tumorem attollatur. Verũ ſic affecti vehementi ciborum deſyderio tenent̃, nec mirũ,

Anaſarca. Hypoſarca Aſcites. Tympania peritoneũ.

Aqua frigida.

quippe ob refrigeratū os ventriculi, huiuſmodi cupiditates inualeſcere, iam ante didicimus. Sed de aqua inter cutem, quantū ad pręſens attinet propoſitū, hęc dixiſſe ſatis eſt.

¶ De morbo regio. Cap. VII.

PORro vtrū ſemper ī morbo regio locus affectus ſit hepar, an alia pręterea diſpoſitio hunc affectū efficere poſſit, deinceps percurrendo ſcrutemur. ſiquidē videmus nōnunq̄ iecinore nequaq̄ affecto per morbi iudicationē, effūdi ad cutem bilem pallidā, quo modo abſceſſus quoq; aliqui interdū euenire cōſueuerūt. Videmus etiam aliquando citra morbi iudicationē, ſanguinē ab extranea aliqua occaſione corruptū, bilioſum effici, qualis etiam a feris mordentibus fieri ſolet. Etenī imperialium ſeruitorū quidam, qui viperarū venationi deputatus erat, quū a vipera morſus eſſet, aliquāto tēpore, medicamēta quibus vti cōſueuerat, potabat, cūq; vniuerſi corporis color mutaret, adeo vt porri colorē referret, accedens ſingula nobis enarrauit, cui epota theriaca, q̄ celerrime color ſecundū ĩnaturā reſtitutus eſt. Solent autem medici inueſtigare, an aſſumpti veneni ꝓpria extent ſigna, eo quod ſępenumero videāt, citra lętalis veneni potionē humores ſimiliter, vt epoto veneno corrūpi. Verū non mirū eſt, ſi ſic aliquādo mutentur humores, vt vniuerſum corpus auriginoſū euadat. Quāquā fieri etiā poteſt, vt iecinoris ſecūdū naturā tēperatura mutata, humores huiuſcemodi vicio afficiantur, & quidem citra obſtructionē, aut inflāmationē, aut ſcirrū. Quinetiā manifeſte quādoq; videmus, vniuerſum corpus, herbis candenti pallore

Morbus regius.

Imperialis ſeruitor.

Veneni ſigna.

infectis,ſimilari,interdũ plumbeum, aut fuſciorem quoq; referre colorem,interdum etiam alias quaſdã ineffabiles colorũ proprietates,quę iecinore ſuo mu nere nõ recte fungente,accidere ſolent. Sic ob ſplenis quoq; vicia,huiuſmodi colores eueniũt,ſed multo'ni griores quã ab hepate. Quos vt clara interpretatiõe enarrare difficillimũ eſt, ita cognoſcere facillimũ, ijs pręſertim qui illos ſæpenumero cõſpexerint. Etenim Steſianus quũ medicorũ iudiciũ ſubijſſet,neſcio quo pacto eorũ nõ pauci,abſceſſum in ipſius hepate cõ ſiſtere crediderint. Sed poſtea quam longo temporis ſpacio,nihil ſe in melius ſentiret, me quoq; vocauit. Igitur ſimul atq; domũ,vbi iacebat,fuiſſem igreſſus, aſpiciens eum,hoc inquã ſcias velim,nullum tibi eſſe in viſcere vicium.ſed quid aliud te moleſtet, nudatis pręcordijs declarare conabor. Inueni ergo in profun dis muſculis abſceſſum,cõtracto iam pure,in medio ſpacio eorũ muſculorũ,qui per tranſuerſum incedũt, atq; illorũ qui oblique ab infernis ſurſum tendũt qui (vt nouiſtis)medij ſunt inter eos,qui tranſuerſi peri toneo incũbunt, & eos qui ſub externa cute obliqui deorſum feruntur. Sic etiam alios perplures ſcitis me notaſſe,per colorem declarando,modo iecur, modo ſplenẽ eſſe effectũ, nulla audita pręteritorũ accidẽtiũ narratione,neq; etiã per tactũ inueſtigato viſcerũ af fectu. Proinde ſępenumero audiuiſtis me male ipre cantem ijs,qui medicę quidem profeſſionis(quod ad ſpectatiuã pertinet) principes ſe eſſe iactabant, nul lius vero egri volebant aggredi curationẽ. De quorũ numero plurimi fuerũt tũ empirici, tum methodici, quibus ſi quis dixerit,fieri poſſe, vt ſolo pſpecto co lore, affecta ſedes interdũ cognoſcat, illi aperto ore,

Morbus regius a ſplene.

Steſianus.

Color declarat iecoris ſpeniſq; vicia.

atq; rabidi canis exẽplo, exerta lĩgua, ĩpudẽter ei reſiſtũt. Verũ prẹſens ſermo haudquaq̃ ad illos dirigit. Itaq; ad aliud accidentiũ genus quod ſola iecinoris imbecillitate, quẹ per ſe ac ſine inflãmatione euenire ſolet, cõtinetur, nunc tranſeamus, queadmodũ & de ipſius inflammatione quẹ citra propriẹ facultatis ſuẹ imbecillitatem accidit, ſeorſum iam diximus. Cẹterũ poſtq̃ ſanguinis generationẽ, hepatis munus eſſe ĩtelligimus, ſi cauſa aliqua fuerit, quẹ hunc generare poſſit, eam hepatis propriam facultatem eſſe dicemus. Propriam autem diximus, propter eas quẹ omnib⁹ corporis noſtri partibus cõmunes eſſe dinoſcuntur, quas in libro de naturalibus facultatibus iam percurrimus, attractricẽ dico, & retentricẽ, & expultricem. Namq; quarta generatim quidẽ alteratrix, ſpeciatim vero ſanguifica vocat̃. Porro omniũ facultatum eſſentiam, in peculiaribus partium temperaturis conſiſtere didiciſtis. proinde quũ iecur ad aliquã octo diſtẽperantiarũ labitur, accidet viribus ipſius noxa, quæ illi intẽperaturæ peculiariter debetur. Sed de ijs generalem ſcripſimus ſermonem, in tertio libro de accidentium cauſis, proprius autem cuiuſq; ſecundũ ſpeciem partis, cõmuni proportione reſpondet. Igitur calidẹ iecoris intẽperaturæ, tum contentos in ipſo humores, tum eos qui per lactium (id eſt meſenterij) venas deferuntur, & aſſant & adurunt. frigidẹ autẽ, cõtentos iam in ipſo humores, craſſos, atq; ad fluxum & motum cõtumaces reddũt. id vero quod ad ipſum fertur, & pituitoſum, & crudum, & ſemicoctum efficiunt. Sic de reliquis quoq; duabus dicendũ eſt. Arida quidem intẽperatura, ſicciores, craſſioreſq;, humida vero, magis tenues, aquoſioreſq; reddit humores.

Iecoris imbecillitas.

Propria hepatis facultas.

Cõmunes facultates.

Iecoris intẽperatura.

¶ Igitur quũ alui ſedimina, aquæ, in qua nuper ma-ctata caro abluta eſt, ſimilia eſſe videritis, efficaciſſi-mũ inde affecti iecinoris ſignũ elicere nequaq̃ dubite-tis. Ac nominantur hepatica, ea pręcipue quæ ob im-becillitatem ipſius deijciuntur, quippe ad iecoris eſ-ſentiam pertinent huiuſmodi affectus. Atqui didici-ſtis cuiuſq; primorũ corporũ eſſentiam ex quatuor conſtare qualitatibus. Sic etiam quũ feci ſanguinis ſi-milia per aluũ excrementa deijciuntur, iecur affectũ eſſe cõijciendum eſt. Vt enĩ tenue & ſanioſum excre-mentũ, infirmi iecinoris, ſanguinẽ creare non poten-tis, ita id quod feci ſimilatur, ſuperaſſantis ſanguinẽ hepatis indiciũ eſt. Neq; enim a memoria veſtra de-cidit, quũ ſępe videritis quoſdã, in primis quidem ſa-niem, & cruenta quędam, dein tractu temporis craſ-ſum, ac melancholicũ ſanguinẽ, poſtremo atrã quoq; bilem, & quidem ſynceram, deijcere. Accidit autem interdũ, vt hic affectus, ob frigidam intemperaturã citra febrim incipiat, quando tenuis ſanies ſangui-nis excernitur. deinde tractu temporis, corrupto in viſcere ſanguine, febris ſuperuenire ſolet. quæ tamen ab imperitis vſq; adeo negligitur, vt laborantẽ inter-dum nequaq̃ febricitare putent. quippe hunc affectũ ob inediam accidiſſe exiſtimant, quũ tamen potius, quia nulla ſit ipſis cibi cupiditas, quã ob medicorum inſtitutum, laborantes a cibo abſtinere cõſueuerint. Itaq; quũ interim nihil excernatur, videaturq; labo-rans omnino liber a febre. balneis eum exponunt, ac debitam victus rationem pręſcribere negligũt. Quo-circa rurſus corruptos cibos aluus deijcit, quos deĩde hepaticorũ excrementorũ nõnihil ſequitur. At non-nulli qui ob frigidam intemperaturã laborare incepe-

Hepatica excremẽta.

rũt, nõ ſolũ nõ perdũt cibi cupiditatẽ, verũ etiã interdum multo magis, quã antea ſe appetere aiunt. Calidas vero intemperaturas, nunquam comitatur ciborum appetentia, ſed inedia grauis, ſitis vehemens, febris inſignis, vicioſorum humorum vomitus. Hęc ſunt propria hepaticorũ accidentia. ſic eni nominari iam dixi eos, quibus viſceris ipſius vires fuerint imbecilles. Qua in re vulgus medicorũ errans, hunc affectum putat eſſe dyſenteriã. Inflãmationẽ autem alia (vt dictum eſt) ſequũtur accidentia. Quũ itaq; ambo interdũ affectus cõueniant, vtriuſq; accidentia ſimul apparere ſolent. quapropter tenaci memoria ea ſeruare oportet. Sic eni non ſolũ laudabunt nos, ſed admirabũtur etiam, ij qui opera noſtra ĩdiguerint, pręſertim ſi accidentia quoq;, quę alijs morbis cõmunia ſunt, inſuper proſpexerim⁹. veluti quod dolor ad nothas coſtas peruenit, quod iugulus detrahi videtur, quod ſpiratio parua redditur & frequens. Equidem quũ primũ Romam veniſſem, magnifice admiratus eſt me Glauco philoſophus, ob huiuſcemodi quandam dinotionẽ. Eteni per viam mihi occurrens, opportune (inquit) adueniſti, iungenſq; dextrã dextrę, proximi ſumus (inquit) laboranti, quẽ nuper vidi, itaq; oro, vt vna mecũ ad ipſum venias, eſt autem Siculus medicus, quem non ita pridem mecum ambulantem vidiſti. Ego vero, quid inquã moleſtat ipſum? Tum ille & copioſe admodũ, & aperte id declarare aggreſſus eſt. Neq; eni adeo erat vafer, vt aliquid me celare poſſet. Quoniã heri (inquit) & Gorgias & Apelas mihi nunciauerunt, notiones, pręſagiaq; edidiſſe te, quæ ad diuinationẽ potius, quam ad medicinã pertinere videbantur, cupio equidem periculũ facere, non

Calida intẽperatura iecinoris.

Glauco philoſophus.

adeo vt tuam experiar doctrinã, quã vt ſciam, num tanta ſit in arte medica, tum cognoſcendi, tum pręſagiendi facultas. Interim quũ hęc diceret, venimus ad laborantis hoſtium, vt neq; verbo, eius prouocationi reſpondere, neq; etiam ea quæ ſępenumero me dicere audiuiſtis, effari poſſem. quod ſcilicet multa interdum nobis fortuito apparent, interdũ vero omnia ſunt ambigua. atq; idcirco & alterã, & tertiam quoq; cõſyderationem expectamus. Itaq; in primo ſtatim aditu obuiam nobis venit quidã, peluim a cubiculo efferens, continentẽ tenuem cruoris ſaniem, carnium nuper mactatarũ ablutioni haud abſimilẽ, euidẽtiſſimũ affecti iecinoris indicium. qua diligẽter inſpecta, vna cum Glaucone ad medicũ ingreſſus ſum. Apprę hendi itaq; manũ circa flexum eius, quo intelligerẽ vtrum inflãmatio, an ſola imbecillitas eſſet in viſcere. Quia vero (vt diximus) medicus erat, nuper (inquit) a deiectione decubui, itaq; perpẽde arterias ob id qđ ſurrexerã crebrius pulſare. Hæc quũ dixiſſet, inueni equidem inflãmationis indiciũ. Proſpiciensq; ad feneſtrã, hyſſopum ex aqua mulſa decoctũ, in olla cõſyderaui. proinde cogitaui, medicũ ſe pleuriticũ eſſe putare, dolore videlicet nothas coſtas infeſtãte, qualis iecinoris quoq; inflãmationibus aliquando accidere conſueuit. Hunc itaq; quum ſentiret, eſſetq; ſpiratio, & parua, & crebra, atq; exigua tuſſi infeſtaretur, pleuriticum ſe eſſe exiſtimabat, quãobrem hyſſopum quoq; ex aqua mulſa pręparauerat. Intelligens

Fortuna.

itaq; ego, quod fortuna viam mihi præberet, qua apud Glauconẽ clarũ nomen adipiſci poſſem, manũ meã ad nothas in dextro laborantis latere coſtas admoui, indicatoq; loco, dixi eum ibi dolere. Quod cũ

ipſe fateretur, Glauco ex ſolo arteriarũ pulſu, exiſti-
mans me ſedem affectam inueniſſe, plane admirari
me cœpit. Verũ vt vehementius ſtuperet, hęc quoq;
addidi. Quẽadmodũ hoc in loco dolere te confeſſus
es, ita velim fatearis, etiam tuſſiẽdi cupiditate vexari
te, etenĩ ex longis interuallis, tuſſis exigua, arida, &
qua nihil expuis, moleſtare te ſolet. atq; ita me dicẽ-
te incepit forte fortuna, huiuſmodi quadã tuſſis ſpe-
cie (qualem iam diximus) tuſſire. qua de re tanta ad-
miratione Glauco cõmotus eſt, vt cõtinere ſeſe nõ va
lens, magna voce exclamãdo, in laudes meas prorũ-
peret. Tum ego nõ putes (inquã) ſola hęc ex arte poſ
ſe pręſagiri. Sunt enĩ alia quoq;, quæ nũc dicere ag-
gredior, quibus & laborans ipſe teſtimonium feret.
Itaq; rurſus incipiens, dixi. Quum magnam trahis
ſpirationem, dolor ea parte, quam notaui, vehe-
mentius te cruciat, ſentiſq; in dextra pręcordiorum
parte grauitatem. His auditis ne infirmus quidem
ſeſe potuit continere, quo minus prę vehementi ad-
miratione, vna cum Glaucone exclamaret. Itaq; ſen-
tiens equidem arridentem mihi fortunam, de iugulo
quoq;, quod videlicet ad inferiora trahi videretur ali-
quid efferre volebam. At quia magnas ĩflammatio-
nes, quẽadmodum & ſcirrum, id comitari ſolet, dice-
re non ſum auſus, veritus ne laudem quam antea
de me excitauerã, ſauciarẽ. Quũq; animũ induxiſſẽ,
tuto me aliquid eloqui oportere, aſpiciẽs laborantẽ,
haud ita multo poſt (inquã) iugulũ ad ĩfernas ꝑtes
detrahi ſenties, niſi fortaſſe id iam antea tibi euene-
rit. At cũ hoc quoq; fateretur, cõuerſis in laborantẽ
oculis, vna (inquã) addenda eſt pręcictis diuinatio.
Etenim dicam, quã de morbo ſuo laborans ipſe ha-

buerit ſuſpitionē. Tum Glauco, ne de hac quidē diui natiōe deſperare ſe aiebat. Laborans autē incredibili hac pollicitatione, in ſtuporē adductus, & acriter me intuens, quid eſſem dicturus, attenta mente expecta-bat. Igitur dicente me, quod infeſtantē morbū, pleu-ritiden eſſe putaſſet, ille ingenti cum admiratione, hu ius quoq; rei ſe teſtē exhibuit. id quod etiā affirma-bat ex aſtantibus vnus, qui paulo ante latus eius ex oleo fouerat. Atq; ex eo tēpore Glauco, tum de me, tum de vniuerſa arte, quāoptimā cōcepit opinionē, quū antea nihil magni ab arte expectaret, vtpote qui nunq̄ cum cōſumatis in arte viris verſari cōſueuiſſet. Hæc ideo dicere volui, vt intelligatis, quæ accidentia cuilibet morbo propria ſint, & quæ alijs quoq; mor-bis cōmunia, ac prẹterea quæ ab vtrolibet genere ſint inſeparabilia. Item quæ magna ex parte, & quẹ raro videri ſolent, atq; ea quæ ancipitē habent euentū, vt ſi aliquādo fortuna huiuſmodi vobis occaſionē qua-lem mihi fuiſſe oblatam iam dixi, prẹbeat, ea cōmo-de vti ſciatis. Sẹpe enī fortuna, non contēnendā adi-piſcende laudis anſam ſuggerit, ea tamē vulgus me-dicorū ob imperitiā vti neſcit. Quamq̄ doctiſſimus quiſq;, quū accidentiū aliquod, quod & affectā ſedē, & affectum ipſum indicare poſſit, cōſpexerit, haud difficulter reliqua quoq; iueniet, quorū alia quidē ne-ceſſario, alia ꝟo magna ex ꝑte, et locū affectū, & mor bū ipſum ſequūtur. Verū meminiſſe debetis eorum prẹceptorū, quẹ & generalia, & vniuerſalia appellā-tur, & quæ multorū ſpecialiū cōmunia genera ſunt, vt circa omnē rerum particulariū materiam exerci-tati, eas celeriter diſcernere poſſitis. Eſt igitur cōmu-nis ſermo, quē inuenire propoſui, de naturalibus fa-

Fortuna.

cultatibus, quas in qualibet parte generatim quatuor eſſe didiciſtis. Primã voco attractricẽ, quę peculiares parti ſuccos, alendi ipſam gratia, & appetere, & attrahere poteſt. Altera deinde eſt, quę alteratrix dicitur, qua ſuccus attractus, ſimilis euadit parti quę alitur. Huic alię duę miniſtrant. Retentrix, quũ pars attractũ ſuccum coquit, donec in ſuã ipſius naturam eum mutauerit. Et expultrix quando a coctione, qđ inutile eſt, excernit, idq; excremẽtũ vocat̃. Has itaq; facultates in qualibet affecta parte, vtrũ validę ſint, an infirmę cõſyderetis hortor, vt in hepate, quoniam de hoc dicere inſtituimus, vis attrahendi ſi quomodolibet afficiatur, cibũ in vẽtriculo iam in ſuccũ trãſmutatũ relinquet, vt per aluũ exacte cõfectus, liquidus, & haudquaq̃ exiccatus excernat̃. Atq; hoc qđ ipſa affecta ſit ſignũ vobis erit. Quicquid enĩ ab aliquo tanq̃ a cauſa procedit, id etiã illius ſignũ eſſe cõſtat. Hunc affectũ nõnulli ad Meſareũ pertinere autumant, vocantq; ſic laborantes meſaricos, eo quod vident cibum per venas meſareo & meſenterio intextas, tranſmitti, vt ſolebat, non poſſe, eodẽ ſeducti errore, quo ij qui manꝰ eorũ, quos ſyncopa, vel cordis, vel gulę vicio, proſtrauit, affectas eſſe arbitrantur, vtpote quę haudquaq̃, vt antea, munere ſuo fungant̃. Quippe iecur, meſarei venis veluti manibus, quæ ex ventriculo ei cibum afferant, vtit̃. Similiter etiã fallũtur nõnulli, vbi crura reſoluta ſunt, ob affectũ aliquẽ, eam ſpinæ partem, quę in lumbis eſt, infeſtantẽ. quippe neglecta ſpina, cruribus remedia adhibent. Igitur ſi meſenteriũ vel inflãmatione, vel alio eiuſmodi affectu laboret, hunc proprie ad ipſum referemus. ſi vero iecur ob imbecillitatẽ per venas ſuas cibum allice-

Naturales facultates.

Meſarici.

re nequeat,nõ meſenterio(id eſt lactibus) ſed iecino-
ri,remedia ſunt adaptãda. Quẽadmodũ ne reſolutis
quidẽ vel manibus,vel cruribus,ob affectũ qui in ſpi
Meſenterij inflãmatio
na cõſiſtit. Verũ vbi vel inflãmatio,vel eryſipelas me-
ſenteriũ afficit ,haud ita difficile eſt diſcernere, ſi al-
ui excrementa diligenter conſyderes. eteni non ſolũ
hepaticis excrementis exquiſite ſimilia(quũ vt,dictũ
eſt,iecur imbecillũ trahere ad ſeſe cibum nequit)deij-
ciuntur,ſed apparet etiam,veluti ab inflãmatione,ſa
nies quædã admixta. Nam ab omni parte inflãma-
ta,cui ſpiſſum,craſſumq; tegmen,non incũbit,in pri
mis quidẽ tenuis ſanies defluit,quæ, cõcocta deinde
inflammatione,& craſſior, & puri ſimilior redditur.
Q uũ ergo nulla exiſtente in iecore inflãmatione,hu-
iuſmodi quippiam,cum excrementis ſucci ſpeciẽ cõ-
ſequutis deijcitur,in meſareo affectum eſſe cenſendũ
eſt.Igitur vt non potente ob imbecillitatẽ hepate ſuc-
cum a vẽtriculo attrahere, attrahendi facultas affici-
tur,ita quũ retinere nequit,cõpręhendẽs, cõtinenſq;
facultas,infirma putanda eſt.Proinde in primis qui-
dem cruorem ſanioſum excerni videmus, poſtea ve-
ro craſſum,& feculentũ. Similiter aliæ quędam eue-
niunt excretiones, non quidem ob imbecillitatẽ, ſed
ob expultricis facultatis robur,ratione plenitudinis,
& quidem ſępenumero integra etiandum conſtante
valetudine.Sic plerumq; pars aliqua,quũ affecta eſt,
per hepar purgatur viribus ipſius iã factis robuſtio-
ribus.quippe cõcoctis in ipſa vicioſis humoribus, ſe-
quitur excretio,ſed ita ſequitur,vt vtiles humores re-
tineantur,expellantur vero inutiles. Atq; ſunt non-
Cruenta dyſenteria.
nulli qui huiuſmodi vacuationes nominent cruentas
dyſenterias,quę euenire ſolent quibuſdam,vel muti-

lato aliquo membro, aut vbi quis in exercitatione educatus, ad ocium ſe conuerterit. Ac ſolet quoq; mulieribus retentis menſtruis huiuſmodi per ſedem vacuatio fieri. Atq; interdum per vomitum quoq; eandem ob cauſam. Verum his ſyncerus ſanguis excernitur, ſimilis ei, qui ab hoſtia interfecta profundi conſueuit, modo inferne per aluum, modo per ſuperiores etiam partes. At per eryſipelata, & inflāmationes, accedente concoctione, vicioſus, cœnoſus, & putris, deijcitur. Atq; vt in hepaticis affectibus (quāquam raro) medicamentorum auxilio, robuſtiore euadente iecinore, interdum deijciuntur excrementa, tum colore, tum odore peſſima, purgato ita viſcere, ſic eodem modo vrinę quoq; deteriores redduntur. quibus imperiti medici nonnunq̄ decepti grauis morbi periculum ſubeſſe arbitrantur. Etenim quibus ſine ratiocinatione, rudis dūtaxat experiētia ſuffragatur, de his quæ raro eueniunt experimenta habere nō poſſunt, veluti eorū quę ſępenumero accidunt facile meminerunt. Quod autē protracto per longum ſpaciū morbo, apparētibuſq; notis cōcoctionis, huiuſmodi fiāt euacuationes, non ſemel dūtaxat, imo creberrime, ex enarrationibus, quas in Hippocratis opera edidimus, didiciſtis. Igitur quēadmodū retentrix facultas quū imbecillior eſt, ac rem quę ipſam grauat, retinere non valet, vis expultrix id quod moleſtat euacuat, ita infirma expultrice, res quędam retineri ſolent, facultate retentrice non admodum grauata. Nam in quolibet inſtrumento, modo hęc, modo illa facultas, vel fortior fit, vel imbecillior, facta videlicet ad actionem relatione. ſi modo vniuſcuiuſq; facultatis rationē intellexerimus. Nam reuera tota ſemp̱ particula,

ſecundum temperaturę quę ei frequentius ineſt, agit proprietatem. Verum aliquando rem grauantẽ ſuſtinet, ac longo temporis tractu eam vincit, cõficit, alterat, & cõcoquit. deinde rurſus alio tempore, rei infeſtantis vel qualitatẽ, vel multitudinẽ, ferre nõ valens, ad ipſius excretionẽ inſurgit. Atq; ecõtrario, vbi interdũ accurata adhibita eſt curatio, ipſam rem moleſtantem deijcere cupiens, viribus grauiſſime proſtratis, ob imbecillitatẽ id efficere non poteſt, Igitur hæc omnia in quouis naturali inſtrumento perpendere, atq; mentẽ in ipſis dignoſcendis exercere debetis. Sic enim inuenietis partium quarũdam affectus, antea haudquaq̃ indagatos, veluti ne folliculi quidem fel continentis. Si enĩ (vt oſtendimus) bilioſum humorẽ ad ſe trahit, queãdmodum renes vti ſanguinis ſerum, aut ſplen, id quod vini fecibus, aut amurcę ſimilat, accidit interdum, vt ob huius folliculi imbecillitatẽ, impurus fiat ſanguis, atq; idcirco alia eueniat regij morbi ſpecies, pręter eas tres quas iam ſupra propoſuimus. Ac nonnũq̃ ita repletur etiam (queãdmodũ veſica quę vrinæ eſt conceptaculum) vt euacuari non poſſit, aut quia obſtructus eſt, aut quia ſecretoria ipſius facultas eſt ĩbecillior. Veluti etiã, quũ obſtructis, aut infirmis vaſis, quę ab ipſo exorta, ora ſua in hepar extendunt, bilioſum humorem interdum attrahere non poteſt. Proinde excrementorũ proprietatẽ in morbo regio conſyderare, perquã neceſſariũ eſt. id enim non mediocre nobis ad huiuſmodi notitias auxilium ſuppeditabit. Hæc equidem conſyderans inueni quorũdam regio morbo affectorum excrementa, flaua bile vehementer colorata, ſimiliter etiam & vrinas, item per cutem quoque, vt nonnullis

Regiꝰ morbus

plurimũ flauę bilis a balneo profundi, ita alijs plurimũ ipſius retineri, ac perq̄exiguũ effundi cõperimus. Hanc rem ſi accuratiori experimẽto intelligere voluerítis, nulla prius adhibita vnctione, homini ſudorem ſtrigili auferri iubete. videbitis ꝑfecto nõ eodẽmodo in oibus, ſtrigilis cõcauitatẽ ipleri. vtpote quod i alijs magis aquoſum, atq; in alijs magis bilioſum eſt. Quod ſi cũ prędictis eorũ quoq; q̄ precellerũt accidẽtiũ memoriã habuerimus, multo clarior euadet loci affecti notitia. ¶ Sed interi hoc quoq; ſignũ ſubiũgere placuit. Quidã acuta bilioſaq; febre laborans, die ſeptimo vniuerſa flaua bile ad cutẽ trãſmiſſa, a morbo liberatus eſt, mãſitq; ſequẽtibus deinde diebus aurigínoſus. Itaq; et excrementa, & vrinas cõſyderauimus. vtriſq; vero ſecundũ naturã ſe habentibus, atq; ob eã cauſam nullũ viſceris affectum declarãtibus, venit in mentẽ, fieri poſſe, q̄ trãſlata i cutẽ bilis craſſior eſſet, qua ratione ꝓmotus, diſcere volui qualis nã eſſet ſudor, illo autẽ apparẽte aquoſo, cõieci bilem eſſe, diſſipari cõtumacẽ. pręcepi itaq; laborãti, vt aqua ſuapte natura calida, et cui diſcutiẽdi vis eſſet, vteret̃, ac p̄terea victũ adhiberet humidiorẽ, qui hũorũ craſſitudinẽ moderate poſſet extenuare. Hic autẽ bonã valetudinẽ cõſequutus eſt, vnico auxilio, & notitia cõfirmata, & curatiõe abſoluta. ¶ Quinetiã alterũ multã in ſtrigili bilẽ relinquere vidimus, vnde eam plurimã in vniuerſo corpore ꝓcreari ꝑpendẽtes, ipſum adhibita idonea curatione ſanauimꝰ. Quibus vero citra febrĩ morbus regius accidit, vrgente in dextra pręcordiorũ parte grauitatis cuiuſdã ſenſu, ijs omnibus aperiens (vt ſcitis) obſtructiones, & cibis, & potibus, & medicamẽtis extenuãtibus, deinde medicamentum quod

Hiſtoria.

Hiſtoria.

bilem ducere poſſet exhibēs, eorū plurimos vna die ſanitati reſtituimus. Qui vero purgatione liberari nō potuerūt, ijs rurſus valētiore ad aperiendū data potione, medicamentū quod vehemētius purgaret exhibui. Sic deinde ſub fine purgatiōis, vel cerulca, vel flaua bilis, cum acri mordacitate ſecernebat̃.

Vrina ſuppreſſa.

In ijs cōieci fellis folliculū, ſimili quopiā affectu laborare, qualis ī veſica exuberante vrina interdū fieri ſolet. etenī adeo multā nōnunq̄ recipit, vt nimis intēta nequeat eam quæ in ipſa cōtinet̃ expellere. Verū in vrinæ receptaculo (neq; enī abſurdum fuerit, veſicā ita nominare) bifariā id fieri ſolet. Interdū ob excretorię facultatis imbecillitatē. Interdū vel ob grauē ſomnū, vel negocia quępiam, retenta vltra quā par eſt vrina, quę deinde veſicam nimis intendens, hac ipſa ratione vires eius proſternere poteſt. At fellis folliculus, vtpote cui nullum ſuccurrit ab naturali facultate præſidiū, vnicum habet ībecillitatis principiū, veluti cętera quoq; naturalia inſtrumenta, a partis intēperatura ortum.

¶ Galeni de affectorū locorū notitia liber ſextus.

¶ De affectibus lienis. Caput. I.

Lienis affectus.

EX ijs quæ de iecinore diximus, facile inuenient̃ notę, quibus lienis affectus diſcernātur. Hoc addito, quod ipſius inflāmationes, ob duritiē, facile tangēdo depręhēdūtur. Quum itaq; ſplen multa habeat accidentia cū hepate cōmunia, illa, nulla re differre vident̃, niſi quod quędā magis, quędā vero minꝰ, alterutri euenire ſolent. Nā qđ ad coloris rationē pertinet, vniuerſum corpꝰ, vbi

ſplē ibecillitate affect9 eſt, magis nigricare videt. Nā hoc ei natura officiū dedit, vt melancholicū ſanguinē ex hepate, ad ſeſe attrahat, quo ipm ali iam demonſtratū eſt. Igitur attrahēdi facultate facta ibecilliore, ſanguis ex iecore ī vniuerſum corpus īpurus trāſmittitur, quocirca color nigrior euadit. Quinetiā hepatis exemplo, ſępenumero excremēta quędam ex ſe reijcit. Itaq; vomitione, cui nauſea quoq; accedit, melancholicū ſanguinem excernit. qui interdū per inferiora quoq; decedere videtur. At huiuſmodi vacuatione ſuppreſſa, nōnulli mœſtitia melancholica vexantur, atq; cibos auidiſſime concupiſcunt, idq; præcipue ſi valde fuerint acida quæ ad ventriculum tranſferuntur excrementa. Quāquam nonnūquam euerſa deiectaq; penitus cupiditate, cibum faſtidiunt, alia quadam vrgente ipſum, affectionum differentia. Quod vero indurato ipſo, aqua inter cutem effundi poſſit, conſentiente iecinore, iam antea dictum eſt. Etenim laborante aliquando vtroq; viſcere, regium morbum euenire conſpeximus, nigriore, quam pro conſuetudine, ſubſequēte colore, ita vt putaretur flaua bilis fuligini eſſe permixta. atq; medici quidam iecur nullo affectu tum laborare exiſtimātes, dubitant quomodo a ſplene morbus regius naſci poſſit. Queādmodū ſunt, qui a ſolo liene indurato, nullo exiſtente in iecinore vicio, aquam inter cutem fieri poſſe arbitrantur. Haud ſecus hallucinari conſueuerunt, in ea quoq; aquæ inter cutem ſpecie, quæ ad acutos morbos ſequitur. quippe ab ijs iecur, calida & ſæpenumero, ſicca quoq; intemperatura, tam grauiter afficitur, vt cibum in ſanguinem tranſmutare nequeat. Atqui ne in ijs quidem iecur affici exiſtimant, ab Eraſiſtra-

Rēg9 morbus.

Aqua inter cutem.

to accepta conſuetudine, vt nullam partem affici arbitrentur, niſi vel tumor quiſpiam, vel vlcus in ipſo cōſiſtat. Sed illis quidē permittēdū eſt ſic exiſtimare, nullum ſcilicet morbum ab intemperatura oriri. At medici qui ſequuntur ea, quæ manifeſte apparent, qui et refrigerata parte quapiam, accidentia quędam fieri ſuſpicant̃, admiratione digni ſunt, quod aquā inter cutē cōſiſtere poſſe putant, ne vnico quidē loco affecto. Quod ſi ob id, quod nullus eſt in hepate tumor ipm haudq̄q̄ affectū eſſe exiſtimāt, neq̧ aliarū partiū vlla afficiet̃, in his qui aqua frigida vicioſa epota, ſubinde aqua inter cutē corripiūtur. quippe noxā infert internis partibus aqua ſic ingeſta, & quidē modo huic, modo illi, ſed pręcipue & in primis, ei quę forte fortuna eo tēpore reliquis fuerit ībecillior. verū niſi ad iecur frigus tranſmittat̃, aqua inter cutē ſubſequi poteſt minime. Sic ſplenis quoq̧ vicio aqua īter cutē nōnunq̄ euenire cōſueuit, aut quū tumor quiſpiā, vt ſcirrus, ipſum refrigerat, aut vbi citra tumorē refrigeratū eſt, vt quū quis aquā frigidā, & vicioſam, affatim & īportune potauerit. Quod vero melācholica mœſtitia, ipſo huiuſmodi excremēta ad os vētriculi trāſmittente, ꝓueniat, antea, vbi hanc rem tractauimus, iam dictū eſt. quāobrem non opus eſt nūc ipſam iterum percurrere. Neq̧ etiam oportet inſtrumentaliū in ipſo affectuū rationali diſcurſu notas inueſtigare. Affectus autē quos intemperatura fecit, parti ex his quę iam dixim⁹, parti etiā ex ea doctrīa quā ſupra de iecinore ꝓpoſuimus intelliges. Nam alij quidē nōiatī ſunt explicati. Alij vero vt ſimiliter vtriſq̧ cōueniūt, ita ſimiles quoq̧ habent vtrinq̧ notas.

¶ De ventriculi & inteſtinorū affectibus. Cap. II.

QVum de ventriculi affectibus, ſuperiore libro loqueremur, in duas maxĩas ip̄m ꝑtes ſecari diximꝰ, quarũ altera quæ ſuperior eſt gulę cõtinua eſt, ex multis neruis ſenſificis contexta. Altera vero huic continua, ad inteſtinorum vſqꝫ exoꝛtũ extenditur. Porro ſicut vtraqꝫ in animalibus proprio munere fungitur, ac pro vtilitatis differentia diuerſa eis eueniunt accidentia, ita ſimili modo quicunqꝫ affectus cõmuniter tum ſimilaribus, tũ inſtrumentalibus partibus aduenire ſolent, ij etiã ijs, tum inter ſe, tum etiam cum vniuerſis inteſtinis, cõmunes eſſe cenſentur. Verum accidentium ſimilitudo, non ſolum in ijs inter ſe, ſed etiam in vicinis quoqꝫ partibus, q̃ ipſa attingunt, inuenitur. qualis eſt renũ, & coli cõmunicatio. atqꝫ horũ nonnulla ſedẽ affectã habẽt cognitu facilem vt dyſenteria & tenaſmꝰ. Sane in præſentia nomen dyſenterię proprie audire oportet, vtpote quod ex appellatione ipſa, ĩteſtinorũ vlcus ſignificat. Neqꝫ enim affatim fit huiuſmodi affectus, id qđ in eo quẽ hepatis vicio accidere diximus, fieri ſolet. atqꝫ ꝓprias etiã habet notas. Etenĩ protinus ab ipſius initio, bilis mordax ſecernitur. quam deĩde interaneorum abraſiones ſequuntur. poſtea paulum cruoris ſimul excerni videtur, quando videlicet affectus ipſe iam dyſenteria debet appellari. Quum itaqꝫ huiuſmodi abraſiones ſolæ excernuntur, conſyderandum eſt, nũ pingue quippiam ſimul cũ ipſis deijciatur, ita enĩ in craſſis inteſtinis vlcus conſiſtere credendum eſt. Vbi vero cruorem quoqꝫ excerni videris, intueri oportet, vtrum is reliquis excrementis ita ſit admixtus, vt vniuerſus miſceatur vniuerſis, an pars eius aliqua reliq̃s

Ventriculꝰ

Dyſenteria

ſupernatet. eteni ſi admixtus eſt, in ſuperiorib9, ſi vero ſupernatat, in humilioribus ĩteſtinis vlcus eſſe portendit. Ac idem quoq; in abraſis excrementis videre eſt. verum non ita manifeſte vt in cruore. Similis etiam de ramentis ratio eſt. nam & ipſa, quod inteſtinũ fuerit oblæſum, declarant, tum ab eſſentia propria, tum ex modo, quo vel commiſceri reliquis excremẽtis, vel vni eorũ parti ſupernatare videntur. Cęterum non mediocriter conducit ad curationẽ, noſſe in qua inteſtinorum parte conſiſtat vlcus. Nã ſi in ſuperioribus inteſtinis eſt, ab epotis medicamentis præſidiũ petẽdũ eſt. ſi vero ĩ humiliorib9, clyſterẽ ſubijcere magis cõuenit.

Dyſenteria hepatica.

¶ At huiuſmodi dyſenteriæ, ab his quę ab hepate ꝓfluunt, ita diſcernũt. Nã ab initio tenuis ſanies ſanguinis ab hepate deijcitur, deĩde aucto malo, craſſus humor, fecibus vini haud abſimilis. Pręterea quod in hepaticis excretionibus nihil abraſũ expellitur, atq; interdum duorũ, aut triũ dierũ interuallo, ſupprimitur euacuatio. deinde rurſus redit malũ, atq; excernuntur excrementa prioribus multo peiora. id vero per inteſtinorum vlcera haudquaquã apparet. quippe in ijs neq; affatim neq; ex longis temporum interuallis, laborantes deijcere conſueuerunt.

Tenaſmus

¶ Atq; vlcera quæ in recto inteſtino oriuntur (tenaſmum vocant) vehementi quidem tenſione, & prompta deijciendi cupiditate infeſtãt, paucis admodum ſequẽtibus excrementis, quæ quidem ab initio pituitoſa deijciuntur, ſed per totum morbi ſpaciũ, ijs q̃ a ſupnis deſcẽdũt, haudquaq̃ miſceri videt̃. ¶ Scribũt nõnulli ꝙ a forti excernẽdi conatu, præcedente dolore vehementi, aliqui lapides calloſos deiecerũt, ijs qui in veſica naſcũtur haud abſimiles, id qđ ego neq; vi-

Lapis ex ano.

di, necꝫ alium qui viderit vnq̄ audiui. ¶Sed coli ve- Colica.
hementem dolorem ſæpenumero conſpexi, medicis Nephritis.
illum non ad colum, ſed ad renes pertinere putantibus. veluti renum quocꝫ cruciatus, ad colum referre videntur. Sunt qui oīno negent, in ſiniſtris partibus, colicā diſpoſitionem euenire poſſe. Igitur vt ab iitio, horum affectuū diſtinctio difficilis eſt, ita hoc tēpore, non ita magnā præſidiorū differentiam ipſi requirunt. Proinde exuperantia oportet intueri accidentia. Nam & nauſea, & vomitus vrgent, ſed multo grauiores, & magis aſſidui, dolente colo. Euomuntcꝫ ita laborantes, pituitoſa quędam, atcꝫ corrupta, hac in re nephriticos longe ſuperantes, ac retinent etiā magis excrementa, vt ne flatum quidem, necꝫ etiam ructum, excernere poſſint. Sæpenumero etiam veluti circuire videtur dolor, atcꝫ plurima loca occupare, qui modo in hac, modo in illa parte vehementior fit, nephritici vero dolores, eodem in loco ſtabiles, iugiter infeſtant. Quum itacꝫ dolor in loco fuerit renibus altiore, manifeſtum colicæ indicium portendit. Si vero in vno loco, vbi ſcilicet renes ponuntur, ſtabilis conſtiterit, nichil ad notitiam poteſt poſitus ipſe conferre. proīde cum his notis, quas nuper percurrimus, vrinæ quocꝫ conſyderandæ ſunt. Nam nephritici ab initio dilutas, puraſcꝫ reddunt vrinas, deinde ſequentibus diebus, craſſum aliquid in ipſis ſubſidere videtur. Demum omnino arenoſę mingūtur. At in colica, ſi quid ab aluo deijcitur, id flatuoſum quodammodo eſt, & ſæpenumero aquę ſupernatare conſueuit, ſimilem habens bubulo ſtercori cōſiſtentiam. Quinetiam colicorum cruciatus multo magis quā nephriticorum, lenientibus mitigant̄ cly-

ſteribus. Atq; euenit interdum, vt frigido aliquo hu more ſimul eiecto, ilico quieſcant, eritq; mitigans pſi dium, non mitigans tantum, ſed etiam curatiuum et prognoſticum. Porro vt hi frigidum humorem aluo excernente, ita nephritici cum vrina lapide exeunte, & a dolore liberantur, & ſimul locum affectũ oſtendunt. Itaq; nihil relinquitur, niſi vt parentur, ne poſtea tam facile affici poſſint. Nã vt perſeuerante dolore, vtraq; pars eiſdem indiget pręſidijs, ita tempore ſubſeq̃nte oportet diuerſa auxilia adhibere. Quapropter nullũ, quod ad curationis rationẽ pertinet, cõmittetis errorem, ſi in prima protinus horum morborum acceſſione, eos difficulter diſcernatis, eo quod tunc neq; extrinſecus, neq; intrinſecus, differentibus egent auxilijs, quod tunc ſatis ſit, ea quę dolorẽ leni-

Inteſtinorum ordo.

re poſſint, adhibere. ¶ Oĩa inteſtina a ventriculo ordine quodam deſcendunt, atq; oĩm ſupremum ieiunum eſt, deinde quod tenue vocatur, poſtea cęcum, quod vſq; ad infernas partes extendit, deinde colũ, quod ad ſuperiores reuertitur partes, donec ſępenumero & lienem, & iecur attingat. Itaq; non ſatis mirari poſſum, quomodo non ſolum medici fere õnes, ſed etiã populares, vehemẽtiſſimos quoſq; dolores, in quacunq; parte euenerint, ad colum referant. Id quod mihi quoq; veriſimile viſum eſt. Sed quũ cauſam quærerem, cur tam vehemens, tãq; perſeuerans eſſet dolor, non ſimpliciter huic aſſertioni credere potui. Neq; enim ſimiliter, vt in renibus, atq; vreteris, impacto lapide, ingentes dolores in tranſitu excitãtur, ſic & in tenuibus inteſtinis, rationi cõſentaneum eſſe cẽſebis, frigidos ſpiritus retentos, atq; ſimiles ijs humores, dolorem in ipſis efficere. Nã tenuiũ iteſti-

norum tunicæ rara, tenuiq; eſſentia conſtant, vt non ita diu huiuſmodi cauſas continere poſſint. Ergo ꝓbabile eſt, frigidum, eundemq; craſſum, aut viſcoſũ humorẽ, aut flatuoſum ſpiritum, ĩ corpore craſſo, dẽſoq; genitum, ſed egredi nequeuntem, dolorẽ excitare, vehementem quidem, geminã ob cauſã, intemperantiam, & corporũ quibus continetur tentionem, lõgũ vero, quia difficulter vacuatur. Nã corpora ambientia, tũ ob craſſitudinem, tũ ſpiſſitudinẽ, ipſũ arcere poſſunt. ¶ Atq; interdũ alij quoq; dolores, & quidẽ vehementiſſimi in ſublimioribus inteſtinorum partibus eueniunt, grauiter vomitionibus cruciãtes, adeo vt nonnulli ſub fine, ſtercus quoq; euomere conſpiciantur, a quo affectu vix vnq̄ aliquis potuit ſanꝰ euadere. hunc ἰλεὸν (id eſt voluulũ) vocant, nonnulli etiã chordapſon, quũ ſcilicet tumor aliquis eminet, ĩ tenuiũ inteſtinorũ parte, vt videatur inteſtinũ ad chordæ ſimilitudinem conuolutum. Itaq; non ab re viſũ eſt medicis antiquioribꝰ, vel ab inflãmatione, vel obſtructione aridi ſtercoris, huiuſmodi tenuiũ iteſtinorum affectus oriri. ¶ Sunt alia quoq; accidentia, quę quidem haud abſurde, & inteſtinis, & ventriculo, ſimul affectis euenire creduntur, vt quas λειεντερίας (id eſt leuitates inteſtinorũ) & κοιλίακας (id eſt ventrales) nominant, quũ videlicet materię nequaq̄ ſunt mordaces. Nã vt mordaces, ob mordendi vim, omnia inteſtina ad excretionem excitant. Ita non mordaces, inteſtinorum imbecillitatẽ ſequi conſueuerũt, quia retinere contenta, ne exiguo quidem tempore poſſunt. Siquidẽ ilico excernunt ea, perinde ac ſi graue aliquod onus deponerent. Haud ſecus q̄ in diſtillatione vrinæ cõtingit. Nam & in hac modo ob acri-

Ileos. Voluulus.

Lienteria. Cœliaca.

Diſtillatio vrinæ.

moniam, et vellicationem, veſica iugiter, quicquid
ad eam peruenit, ſecernit, modo ob id quod molem
ipſius, vel exiguam, ſuſtinere nequit. Cęterum a qui-
bus cauſis inteſtinorum leuitas proueniat, alibi par-
ticulatim oſtendimus pręter ea quę in libris de curan
di via & ratione, de naturalibus facultatibus. & de
accidentium cauſis iam dixeramus. Etenim hunc li-
brum non incepimus, vt cauſas quę morbos efficiũt,
ſed vt affectorũ locorum, qui & tactus & viſus iudi-
ciũ effugiunt, notas perſtringeremꝰ. At quia ad exa
ctam horum notitiã, etiã de ipſis diſpoſitionibus in-
terdum aliquid dicere coactus ſum, idcirco de cauſis
quoq;, quæ ipſas efficiunt, mentionem facere nõ ſum
grauatus. Itaq; ſermoni de inteſtinorum affectibꝰ fi-
nem imponamus. Sunt enim in ipſis affectus quidã
cognitu faciles, qui ſcilicet cum prædictis communes
habent notas. Nã abſceſſuum, inflammationũ, ſcir-
rorum, inflationum, eryſipelatum indicia, omnibꝰ co
gnita, quum in ventriculi locis apparent, & affectꝰ ip
ſius, atq; ſimul affectæ ſedis notitiã oſtendunt. Sed
de ijs iam antea ſatis dictum eſt.

De renum affectibus Cap. III.

Nephritis.

Colicorum accidentia.

IGitur quum derepente nephritis ĩ-
ciderit, lapide notatu digno, vel in re-
num aliquo, vel in vreteris impacto,
dolorem excitat, colico haud abſimi-
lem. Verum diſtiguitur ab eo, ex nau
ſeæ tum multitudine, tum magnitudi
ne. Suntq; per vomitum reiecta & bilioſa, & pituito-
ſa, quibus præaſſumpti quoq; cibi aliquid admixtũ
videtur. ſępenumero etiam ex loco, quum ſuperiores
coli partes afficiuntur. Atq; ex eo interdũ, ꝙ nõ vni

loco dolor innitit̃, ſed reuoluit̃ & ad plurimas exten ditur partes, pręterea ꝙ ne flatus quidem tranſmittitur. Atq; oīa hęc colicis dũtaxat euenire ſolent, ſed alia q̃dē magis, alia vero min⁹. Quũ vero ex his q̃ in vrinis reſidet, aut lapide cũ vrina excreto, plane diſcerni poſſunt, nullus relinquitur queſtiōi loc⁹. Sũt nō pauci laborantiũ, qui dolorē in profundo iliũ infeſtã tem ſentiũt, q̃uis ab iitio nondũ ſabuloſũ quippiam manifeſte excernatur. Quibus (vt ſcitis) dato medicamento, ꝙ lapidē in renibus cōterere poſſet, ſimul & affectũ ipſũ, & ſedē affectã cognouimus, atq; ipſũ habuim⁹ curationis principium. Quum enī a medicamenti potione, in vrinis ſabuloſa quędã ſubſidere cōſpicerē, nephriticũ affectũ eſſe cognoui. atq; deinceps eadē medicamēta exhibēdo, reliquã ꝑfeci curationē. ¶ Quũq; renē quēpiã ita affectũ eſſe cognoueris, ſi dolores cũ horrore interpellato, varioq; infeſtare videantur, ſequanturq; febres q̃dã iordinatę, tum pronũ in ventrē decũbere, atq; interdũ i alterũ lat⁹, vt ſublimis ſit affectæ partis poſitus, laborantē ſeſe vertere iube, ac deinde interroga, nũ circa renē dolentē veluti ſuſpēſi cuiuſdã pōderis ſenſũ percipiat, etenim quũ hæc ei acciderint, abſceſſũ iã cōcretũ cōijcere oportet. quo concocto, pus mictũ, vt laborantē a dolore liberat, ita vlceris in rene periculũ affert. proinde exacto ſtudio laborandum eſt, vt inducatur cicatrix quod niſi ilico contigerit difficiliorem reddet curationem. Porro perſeuerantis vlceris notæ, ex vrina haud obſcure deprehenduntur. adde quod laborans creberrime in affecto rene dolorem ſentit, atq; interdum cum vrina exiguum pus, veluti ab vlcere excernitur. Similiter ramentum nōnunquam

Renũ abſceſſus.

Vlcus perſeuerãs in renibus.

cum vrina expelli videtur. Accidit interdum vt ſanguis quoq; mingatur, eroſi iã vlceris indicium. Quãquã rupto aliquando vaſe, aut ob plenitudinem, aut caſum, aut vehementem ictum, nonnulli magnã ſanguinis copiam meiendo profuderunt. Id quod aperto interdum venæ alicuius ore, fieri videre eſt. Sed efficaciſſima vlceratorũ renum coniectura eſt, ſi cũ vrina exiguæ quędam carunculę excernantur, vtpote quas renum eſſentię partes, eaſq; ob vehementem vlceris eroſionem auulſas eſſe, conſtat. ¶ Ea vero quæ pilis ſimilia ſunt, Hippocrates quoq; cum vrinis excerni vidit, quemadmodũ in aphoriſmis ſcripſit, ac ipſi etiam vidimus aliquando, quę ſemipedis longitudinem ęquarent, interdum etiam ijs lõgiora. Quæ nonnunq̃ adeo videbãtur exigua, vt mirarer quomodo in renum ſpacio talia poſſent conſiſtere, proinde probabilius mihi videbatur in venis huiuſmodi res procreari.

Pili a renibus.

¶ Atq; hoc modo memorię proditum eſt in quodam arabię loco (vt aiunt) dracunculos vocatos naſci, neruoſa natura, colore, craſſitudineq; lumbricis ſimiles. Igitur quum multos audiuerim qui ſeſe vidiſſe eos dicerent, ipſe vero nunq̃ viderim, idcirco neq; de ortu, neq; de eſſentia ipſorum quicq̃ exacte conijcere poſſum. At vbi pilos meiendo excretos vidi, tum ex colore, tum ex mole, credidi dicentib9 eos ex craſſa, lentaq; materia, quam color calfecit, exiccauitq;, in venis cõſiſtere. quãq̃ lõgitudinis ipſorũ cauſam nõ intelligo. Verum quum primũ eos vidiſſem, curationem a medicamẽtis quæ vrinam ciere poſſẽt, tentaui. quã poſtea experientia comprobauit. Omnes vero quotquot huiuſmodi affectu laborare conſueuerunt, neq; ante ipſum, neq; rurſus poſt ipſũ ne-

Dracunculus a barbaris vena medeni nominatur.

phritico aliquo accidente fuerunt moleſtati. etenim curati fuerũt medicamentis quę ciere vrinã poſſunt. Ac neq; ob alia quędã humorũ vicia ex venis p vrinã purgata. neq; etiã ob plurimi puris mictũ, vel renes, vel veſicam, vel reliquos vrinę meat⁹, quoquo modo affici cognouimus. qua in re non parum cum inteſtinis conuenire videntur, quæ licet in hepaticis diſpoſitionibus haud vllo affectu laborent, a bile tñ lędũtur, veluti veſica quoq;, vbi longo tempore acres per ipſam vrinæ tranſeũt, vlceribus affici ſolet. ¶ Eſt etiam alius renum affect⁹ quo tenuis ſanies ſanguis mingitur, ſimilis excrementis quę in hepaticorũ affectuũ initio excernuntur, niſi q magis videtur cruenta. cui⁹ rei cauſa eſt diſpoſitio haud abſimilis ei quã in iecore diximus imbecillitatis cauſam eſſe, inſuper quia ora, aut meat⁹ (vtcunq; nominare volueris) per quos ex concaua vena in renes vrina percolatur, ſupra modum dilatantur. ¶ Atq; ad renes quoq; pertinere is videtur affectus, quem alij matellæ intercutem, alij vrinę profluuium, alij diabetem, alij dipſacon appellant. qui certe quamrariſſime euenire ſolet. Equidem eum ante hac bis duntaxat videre potui. ſupra modum videlicet ſitientibus infirmis, atq; ſubinde bibentibus, quapropter exuberanter quoq; red dunt id qđ biberũt, eo a ſua q̃litate nõ mutato. Atq; hic renum, veſicęq; affectus, ſimilis eſt ventriculi inteſtinorumq; leuitati. Sed de inteſtinorum leuitate alibi ſeparatim iam dictum eſt, vbi oſtendimus non ventriculum duntaxat, ſed vniuerſa quoq; inteſtina ad excretionem, tum ciborum, tum potuum aſſumptorum, celeriter excitari, adeo quod ne pauxillo quidem tempore, citra moleſtiam, ferre poſ-

Renũ imbecillitas.

Diabetes.

ſint, ipſorum aut pondus aut qualitatem. At quod affatim, celeriterq; ad veſicam vrina defertur, id neq; ad ventriculi, neq; inteſtini ieiuni, neq; tenuis, imbecillitatem tanquam cauſam referendum eſt. Si enim ob id quod potum ſuſtinere non poſſunt, ad excretionem properant, quid obſtat quo minus per ſedem excernatur, id quod in leuitatibus inteſtinorum fieri plane videtur. Neq; enim cibus duntaxat, tam celeriter, per tam longam inteſtinorum conuolutionem tranſiens deijcitur, verũ etiam ea quæ epota fuere. Porro tranſmiſſionem a totius ventriculi partib⁹, ad hepar, non propter hepatis, aut venarum in lactib⁹, aut ventre, aut earum quæ ab hepate exortę ad renes tendunt, imbecillitatem fieri didicimus. Quippe in libris de naturalibus facultatibus iam oſtenſũ eſt, iecur ex ventriculo per meſenterij venas, veluti arbores a terra per radices, cibũ ad ſeſe allicere. Sic etiam renes id quod aquoſum in ſanguine eſt. Verum veſicam non trahere a renibus, quemadmodum neq; inteſtina a ventriculo, ſed renes quidem per vreteras excernendo in veſicam mittere, ventriculum autem in ieiunum, per eam partem quam Erophilus dodecadactylon vocat, a duodecim digitorum longitudine nomen ei imponens. Itaq; renum potius imbecillitas accuſanda eſt, vtpote qui continere diutius vrinam non valent, non vero aliarum partium per quas potus tranſire ſolet. Sed rurſus repræhendendo dicet quiſpiam, quum infirmi fuerint renes, quomodo fieri poteſt, vt tam celeriter vrinam ad ſeſe attrahãt? an dicere poſſumus, quemadmodum in ventriculo, quibuſdam lientericis vehemẽtiſſima excitatur ciborum cupiditas, ita in renibus quoq; cupiditatem ſi-

Veſica non trahit. Inteſtina nõ trahunt

mul oriri, atq; hanc ob cauſam eos vrinam per con-cauam venam ad ſeſe trahere, ſed ilico ab attractio-nis impetu grauari. Etenim quemadmodum in his q canina vocata appetentia vexantur, videmus vt affa-tim impleti, paulo poſt aut euomant, aut fluere deij-ciant, id quod non ſolum ijs qui præter naturam ſe habent, accidere ſolet. verum etiam animalibus qui-buſdam integra valitudine degentibus, vt in auiculis quas noſtrates in Aſia ſeleucidas vocant, videre eſt, quippe quæ iugiter locuſtas edũt, eaſq; celeriter ex-cernunt. Ac in alijs quoq; animãtibus huiuſmodi ac cidens naturale videtur. Vt igitur canina cupiditas ĩ ore ventriculi conſiſtens, non potente ipſo deuorato-rum pondus ſuſtinere, multa ĩpetuoſe ingerere, atq; ea celeriter excernere cogit. Ita in renibus quoq; acci dit ſeroſę hũiditatis cupiditas, vna cũ viriũ ĩbecillita-te, vnde et humiditatem affatim attrahere, ac eã ſub-inde in veſicam impellere coguntur. Sed quæres for-taſſe, quam ob rem vrinę fluor ſubito euenire poteſt, leuitas inteſtinorum, non poteſt? veluti neq; canina cupiditas, ſed plurium dierũ numero opus eſt. Nam affectus initium ab increm ẽto, incrementum a vigo-re diſtinguitur. Quoniã ventriculi cupiditas, qua ci-bum potumq; appetit, animale officium eſt, quo ci-tra ſenſum noſtrum nequaq̃ fungitur. Renum vero deſyderium naturale eſt, neq; ab ipſo ſenſus noſtri af ficiuntur. Proinde quum ad ſtatum peruenit, ne ſen-ſum quidem mouet, quemadmodum appetentia ca-nina. Qua de re rationi cõſentaneũ videtur, vt quum inceperit paulatim increſcat. In primis enim trahit ſanguinis ſerum ex venis, vel nihil nobis ſentiẽtibus, quem quum totum attraxerit, videaturq; ſanguis in

Canina appetentia

Seleucidæ

venis, huiuſmodi humiditate ſpoliatus, exiccata tũ vaſa humorem trahunt ex hepate. deinde hoc ex inteſtinis & ventriculo. Quum itaq; exiccatæ fuerint venę quę in ore ventriculi ſunt, potum deſyderat homo, vtpote diſpoſitionem ipſam tum primum ſentiens, deinde exhibitam potionem venę ex hepate ad ventriculum venientes, vtpote aridę, totam rapiunt, atq; ex his aliæ deinceps, donec ad renes perueniat tranſſumptio, quippe in libris de naturalibus facultatibus dictum eſt, non ſolum potionem, verũ etiã cibũ tranſſumptione per attractionem facta, per vniuerſũ corpus deferri. Igitur hic affectus, quod ad tranſitus celeritatem pertinet, perſimilis eſt inteſtinorum leuitati. Atq; renũ diſpoſitio reſpectu quodam, a vẽtriculi diſpoſitione non differt, at quia omne delationis ante renes officium, ad naturales pertinet actiones, per ſucceſſionem agente facultate attractrice, ab ea nonnihil differre videtur, quamuis in vna re ſimilitudo inueniatur, quippe ex concaua vena ad renes attractio, primę deglutitiõi eorũ quæ ex ore in vẽtriculũ deferuntur, haud abſimilis eſt. At vero actiones q̃ hanc antecedunt, ad vrinę fluorem proprie pertinẽt. Cõſtat igitur non recte putaſſe quoſdã, diabetẽ veluti caninã cupiditatem, ad ventriculum pertinere. Nã qui prę nimia ſiti ventriculũ impleuerunt, ſeruare potionem longo tempore poſſunt. Sed vehementi ſiti laborantes quatuor accidentium periculum a potione ſubire ſolẽt. Vnũ & quidẽ primũ vomitio eſt. Alte- 1

Sitis.

rum velox per aluum excretio, aut fluore, aut inteſtinorum leuitate. Tertiũ quod pot⁹ ſępenumero diutius q̃ par eſt ĩ vẽtriculo manet. Quartũ id ipſum, de quo nunc ſermo eſt, ſiue id diabetem, ſiue dipſacon,

(margin numbers: 2 beside "rum velox…", 3 beside "norum leuitate…", 4 beside "tius q̃…")

ſiue vrinę fluorem nominare volueris. Neq; enim vt idoneum ei nomen imponamus, ſed vt curatiõis viam, tum ex loco affecto, tum ex ipſa diſpoſitione inueniamus, ſcrutari, animus eſt. ¶ Atq; alius interdũ affectus occurrit diabeti perq̃ ſimilis, & quidẽ a multis cibis, qui neq; concoquuntur, neq; per aluum deijciuntur, neq; plenitudinẽ efficiunt, neq; etiã probe alere poſſunt, ſed diſſipantur, diſcutiunturq;. Cuius vt crebrior eſt, quã dipſaci, euentus, ita faciliorẽ admittit curationem, quippe ſi prius q̃ ad ſummũ peruenerit, ipſum cognoueris, haud ita difficulter curabitur. Nam vbi quis duplum conſuetorũ alimentorũ aſſumpſerit, neq; corpus ali videatur, idq; citra alui fluorem, hunc affectum non ſolum priuati, verũ etiã medici paruipendunt. Quũ vero triplũ ingerit, idoneis auxilijs liberari poteſt, priuſq̃ ſcilicet ad quadruplum, aut quintuplũ perueniat. Igitur rationi conſentaneum eſt hunc affectum, a celeri diſſipatione incipere, omnibus partibus attractricem, atq; ei coniugatam facultatem, quæ proprie appetentia vocatur, ſeruãtibus. Etenim ingentis ſitis, quę citra diabetem accidit, cauſa eſt ventriculus, aut calida, aut ſicca, aut vtraq; intemperatura, affectus, maxime vero os ipſius. Proxime ventriculo hepar, ſed maxime pars eius ſima (ſimul ĩflammatis ſcilicet gulæ, pulmoniſq; partibus) huius accidentis veluti radix eſt, quum a diſpoſitione eryſipelatis naturam mutante incenditur. Ac ſequitur etiam ſitis magna ex parte, tabitudinis genus aliquod, & quidem modo hoc, modo illud, veluti quum hãc tractaremus materiam declaratum eſt. ¶ Hæc itaq; propter accidentium communicationẽ, ſimul cum renum affectibus dicta ſũt. Porro diabe-

Ciborũ diſſipatio.

tes, proprius renum affectꝰ eſt, qui caninæ in ore vẽtriculi cupiditati, proportione reſpondet, accedente præterea retẽtricis facultatis imbecillitate. Nam ſi citra vehementẽ cupiditatem, fieri diceremus ipſiꝰ initium, nihil pene vrinę ad renes peruenire notaretur. ſi vero citra retentricis facultatis imbecillitatem, non tanta celeritate ſequeretur vrinæ profluuium.

De veſicæ affectibus. Cap. IIII.

VEſicę ſuperueniunt accidentia, parti cæteris communia, veluti omnes ipſiꝰ præter naturam tumores, dolores, atq; quę hos facere poſſunt affectiones, partim ipſi ſoli propria, vt iſchuria (id eſt vrinæ retentio) ſtranguria (id eſt vrinæ ſtillicidium) ac per alium quoq; modum immoderata vrinæ excretio. verũ huiuſmodi affectꝰ (vt de renibus ſupradictum eſt) veſica tanquam meatu vtuntur, ipſa haudquaquam affecta. At vero ſtillicidium, ſi ob vrinæ acrimoniã fit, accidens veſicę eſt, affectus vero minime. Si ꝟo aut ab vlcere, aut ĩbecillitate ꝓcedit, a veſicę affectu factum eſſe dicetur. Q uẽadmodũ vbi acrimonia ĩ cauſa eſt, aliquãdo ob renũ vicium, aliqñ ob alias partes, quę cum vrinis, humorũ ſuorũ vicia, aut pus, vbi abſceſſus aliquẽ infeſtauerit, trãſmittere poſſunt. Euenit etiam interdum vrinæ ſtillicidium, humoribus qui in venis ſunt, & per nares, & per veſicam expurgatis. Cæterum quum ab intemperatura, veſica fit imbecillior, læditur propria ipſius actio, quę eſt vrinę excretio, ad quam animal excitari ſolet, quum, vel a multitudine contentę in ipſa materię veſica grauatur, vel a mordacitate conuellitur, ſed ab

Iſchuria.
Strãguria.

horũ vtrolibet magis imbecilli, quam robuſti, dolere conſueuerunt. Quinetiam inſtrumẽtales affect⁹, imbecillitatem interdum inducere poſſunt. Item intemperaturę omnes, cum aliæ, tum maxime illę, quę nõnullis iugiter eueniunt, quũ frigore corripiuntur, tũc enim plane grauari videtur, vel pauco admodum cõtento in ipſa humore. ¶ Atq; veſicæ etiã veluti meiendi inſtrumento, iſchuriæ accidens ſuperuenire ſolet. Interdum quidem (vt dictum eſt) quum id quod in ipſa continetur, non ita compræhendere valet, vt ipſum exprimat. Interdum etiam obſtructo inferiori meatu, aut a craſſis humoribus, aut impacto lapide. Atq; accidit nonnunq̃, vel ab inflammatione, vel alio huiuſmodi tumore, vt anguſtior reddatur meatus, vel etiam omnino obſtruatur. Sed neq; neruorũ a ſpinali medulla exortorum, neq; etiam ſpinæ ipſius affectus, veſicę tantam imbecillitatem afferre poſſunt, vt vrina propterea ſupprimatur, quemadmodum nonnulli putauerunt, credentes veſicæ officium, a conſilio, & electione procedere, quod ſcilicet vrinam retinemus quoad voluerimus, atq; eã pro volũtatis imperio excernimus. Verum ſati⁹ fuiſſet noſſe non veſicę, ſed meiendi officium, veluti etiam deijciendi, non inteſtinorum munus, ab electione conſilioq; pendere. Quippe veſicę officiũ vnicum eſt, vt videlicet compræhendat. At muſculus qui vrinę meatum in circuitu ambit in origine ceruicis veſicæ extenſus, inſtrumentum eſt, cuius opus ab electiõe excitatur, vtpote qui ambiens veſicæ ceruicem, eam ita exacte ſtringit, vt nihil humoris ex veſica, in meatum ingredi poſſit. Atq; ſimilem quoq;, & actionem, & vtilitatem habet, muſculus qui recti inteſtini partem

Iſchuria.

Veſica non habet motum volũtarium.

Veſicæ officium.

Muſculus ani.

extremam ambit. Proinde ipſis reſolutis, neq; vrinā veſica, neq; ſtercora aluus retinere poteſt. ſed præter voluntatem, paucis omnino interuallis, vtraq; excernuntur. Itaq; veluti in reliquis muſculis, quod a reſolutione fit nobis inuitis, id electio noſtra haud inuita efficere ſolet, ita eadem ratione ab horum actione quieſcimus, quum vel ſtercus, vel vrinam excernere propoſitum eſt. Atq; vt nōnulli tum vrinarum, tum cibi excrementorū deiectionem, totā ab electione ꝓcedere exiſtimantes, errauerunt, ita rurſ⁹ alij his ediuerſo, totū hoc opus naturale putātes, a veritate deuiauerunt. Eteni cibi a ventriculo in ieiunū tranſmiſſio, tota naturæ opus eſt. Rurſus omnino ab electione pendet & vtrorūq; membrorū & cuiuſlibet digiti tū extenſio tū inflexio. delatio eni q̄ a vētriculo ad ieiunū fit, & quę ab hoc in tenue inteſtinū, a ſola naturali facultate procedit. At alui deiectio, & vrinę redditio, vtroq; inſtrumento, proprijs ſuis facultatibus agente, perficiūtur. Rectū inteſtinū, atq; veſica naturali vtunť facultate, muſculi vero ea quæ & animalis, & voluntaria noiať. Quippe muſculi q̧ fluores cohibere ſolēt, tunc quieſcūt ab opere, abdominis muſculis munere ſuo fungētibus, maxime vero medijs. Sūt nonnulli qui quū nō ita facile deijcere poſſunt, manibus huiuſmodi muſculos cōprimūt, neq; nō vbi vrina ita ſuppreſſa eſt, vt ōnino retineatur, idē facere cōſueuerūt. Quum itaq; nerui, per quos aīalis facultas ad iam dictos muſculos peruenit, afficiuntur, aut ſpina ipſa lęſa eſt, reſoluitur muſculorum actio, atq; ex cernitur & vrina & ſtercus, vel inuito laborante. Quum vero veſicæ corpus ita fuerit affectum, vt quod in ea cōtinetur exprimere nō poſſit, ſupprimi-

tur vrina, noiaturq; hoc accidēs ipſius iſchuria. Atq; accidit interdū propter obtuſum ipius ſenſum, vt nō reddatur vrina, citra tamē expultricis facultatis lęſionem, ſi proprij veſicę nerui afficiant, neruis muſculi ceruicem eius ſtringentis, munere ſuo fungētibus, ipſorum ſcilicet facultate ſeruata, Nam ſi reſoluantur, propriū indiciū, q̄ muſculus hic reſolutus ſit, eſt vrinę pręter voluntatē excretio. At huiuſmodi eueniente affectu, quū meatus ipſius fuerit obſtructus, vtraq; diſpoſitio cognitu difficilis erit. Proinde vt exquiſite dinoſcantur, non ſolū ij, ſed reliqui quoq; omnes veſicæ affectus, perquā neceſſariū eſt pręſcire, euidentes cauſas extrinſecus aduenientes, quas proprie procatarcticas (id eſt initiatrices) vocant. Sed multo etiam accuratiori inueſtigatione, antecedentes in animantis corpore affectus, inquirere oportet. ¶ Igitur cuidā, quū cecidiſſet, ſpina ſinuata eſt, quapropter vrinam reddere non potuit. Nam & id aliquando fieri ſolet, queādmodū ab Hippocrate dictū eſt. Verū non ilico ſuppreſſa fuit vrina, ſed perendie, ob afflictarū vertebrarū ad iterna luxationē, iflāmata veſica. Itaq; dolebat i ea pte vel nemine tangēte, ſed multo magis, ſi quis manu eum tangeret. Atq; hunc curauimus inflāmationi remedia adhibētes. ¶ Rurſus alter luxatis ad externas partes vertebris, vrinam inuitus profudit, nullo infeſtante veſicam dolore. in hoc coniecimus eius muſculi neruū qui veſicam claudit, fuiſſe affectū, proinde ſpinam curare voluimus. ¶ Atq; in altero ſimiliter affecto, ſuppreſſa fuit vrina, torpēte ob affectos neruos veſicę ſenſu, quū itaq; inter dormiēdum, non ſentiret homo veſicā impleri, ipſa extenſa, nihil excernere potuit, etenim accidit interdū, vt hoc

Iſchuria.

Procatarctica cauſa

Hiſtoria.

Hiſtoria.

Hiſtoria.

modo vrina ſupprimatur. Quēadmodū etiam ſanis quibuſdam, aut vrgentibus negocijs, vel in contionibus, vel ſenatu, vel foro, vel conuiuio, tum enī retenta longo tempore vrina, extendit̄ veſica, atq; vrina ſupprimitur, cōtractrice facultate læſa, propter īmoderatam tenſionē. ¶ Quidam etiā quū cecidiſſet, manente ſpina illæſa, ī primis quidē magnā ſanguinis copiā cum vrina emiſit, poſtea vero omnino ſuppreſſa eſt vrina, cuius rei cauſam eſſe cōiecimus, q; cōcreti ſanguinis grumus intus ſe oppoſuit, quocirca demiſſa per colē fiſtula, paulū vrinę reddidit, extracta deinde fiſtula, apparuit ī ipſius ore grumi īdiciū. ¶ Prętereà quū alios quoſdā dolores vna cū abſceſſuū notis diu infeſtaſſent, finitis abſceſſibus, tenue pus cum vrina profluere viſum eſt, deinde ſubſequēs vrinę retentio, cōiecturę occaſionē dedit, quod a craſſo pure meatus obſtrueretur. ¶ Atq; in pueris etiam quos lapis in veſica cruciabat, vidimus ſępenumero vrinam retineri. Eos itaq; reſupino figurato corpore cōcuſſimus vt ita a meatu lapis dimoueret̄. ¶ Quū vero id, quod iamiam dicam, ſępe videritis, oro vt ipſum tenaci ſemper memoria ſeruetis. Quod ad grumos vocatos, nō ſolū eos qui in veſica, ſed multo magis illos quoq; qui ī inteſtinis, vētriculo, atq; thorace nōnunq̄ continētur, animi defectio, & color fedus ſequi ſolet, pulſus vero paruus, obſcurus, freques apparet, & laborans ipſe cum anxietate reſoluitur, quēadmodū in magnis ſępenumero vulneribus accidit, vt mirari aliquis poſſit, quęnam ſit huius euentus cauſa, quippe quum omniū quæ in corpore ſunt, ſanguis maxime nobis ſit familiaris, quomodo ex vaſis ſuis effuſus, tanti mali authorem ſe pręſtet, vt & putredo partiū,

Hiſtoria.

Lapis ī veſica.

Grumi.

& marcor ipm ſequi poſſit. Etenim vidimus, vbi veſicę meatum grumus obſtruxerat, eadem ſequi accidentia, grumum vero adeſſe cōiecimus hoc argumēto, quod plurimū antea cruorem laborantes cum vrina reddidiſſent. Itaq; medicamētū quod lapidē terere poſſet ex oxymelle, atq; ipſum quoq; oxymel per ſe ī potu dedimus. At nihilomin9, alij quidem perierunt, vno quodā ſeruato, qui paulo poſt ſolutos grumos vrinam reddidit. ¶ Quoniam vero non ſatis eſt ad affectę ſedis inuentionem, ea dūtaxat accidentia, quæ in pręſentia infeſtant, intueri, ſed quod ex antecedentibus etiam definire oportet, facile intelligetis, ſi eorum quę antea vidiſtis, memineritis. Igitur quū multi creberrime pus cum vrina emitterent, pręteritorum accidentium memoria, & ſedem affectam nobis oſtendit, & diſpoſitionē in ipſo conſiſtentē declarauit. Quidam enī quū prius in regione renum ſępenumero doleret, accedēte inordinato frigore, & exiguo horrore, febre correpť9 eſt. Alius circa veſicę poſitum, ſimul cū frigore, ac febre, dolores pſenſit. Nōnulli circa ſeptū trāſuerſum, & thoracē. Atq; alij in dextra pcordiorū parte. Cōiecturā itaq; fecim9, ī ijs oībus, quod pus per renes expurgaret, vomica ſcilicet ī loco dolēte erupta. ¶ Cū indicijs autē ſupra ppoſitis, nōnihil cōfert puris quātitatē, & quomodo totū cū vrinis miſceať, vtrū cōturbeť, an cōtra, cōſyderare, veluti iā antea de īteſtinis dictū eſt. Nā vt in his, ſi a ſupioribus īteſtinis quidpiā deferť, id ciboꝝ excremētis pinde admixtū videť, ac ſi cū ipſis ſubactū fuiſſet. Si vero ab humiliorib9, cū vna iporū parte excerniť. Sili modo vrina, aut tota a pure cū ipa emiſſo cōturbať, aut per partes quaſdā diſpſum pus inęqualiter

Vomica.

Vrina purulenta.

defertur. Plerũq; etiã ſolũ pus, ſine vrina excernitur, idq; haud obſcure in veſica ſuppuratione͂ cõſiſtere indicat. Quod vero exacte cõmixtũ eſt, a ſupernis alicunde partibus venit. Sed quod mediã inter hæc cõditione͂ ſeruauerit, id a renibus deſcendiſſe certũ eſt. Similiter ſi erupta vomica, appareat aliquid, quod ſimul & vlcus, & affectũ locũ portendat. Nam & hoc aliquando quide͂ exacte cõmixtũ videt̃, aliquando vero mediocriter. interdũ vel nullã habet mixtione͂, vel quodãmodo ſupfertur, vel ſolũ excernit̃. Atq; vocatum quide͂ rame͂tũ, vlceris, eſſentiæ vero proprietas, affectę partis indiciũ eſt. quippe partes a veſica auulſę, lamis, a renibus vero, carũculis ſũt ſimiles. Ita etiã vbi ex ſublimioribus pars aliqua affecta eſt, excreme͂ta, cũ vrinis eiecta intueri, & ea ſuſpectarũ partiũ eſſentiæ cõparare oportet. Igitur cũ vrina expurgãtur gibbę hepatis partes, atq; omnes quotquot ſunt his ſuperiores. Per aluũ vero pars iecinoris reſima, inteſtina, ventriculus, lienis. Pręter hæc ſunt quoq; nonnulla quę (licet raro) per aluũ expurgantur, vt partes thoracis, atq; pulmonis, atq; per vrinã purgãtur interdum partes, quę extra ſeptum tranſuerſum cõſtitutę ſunt. Quidam vero, ſiue ꝙ quã ob cauſam id fiat neſciunt, ſiue quod id nunq̃ apud egros fieri cõſpexerunt, his qui viderunt fidem adhibere nolunt. Nos vero pulmonis vomicã per vrinã, thoracis aute͂ per inteſtina, & aluũ, expurgari vidimus. Quãq̃ in primis ex pulmone per renes tranſitus, nullã reuera dubitationem excitare debet. Eteni vt a cõcaua vena, ita ex magna quoq; arteria, rami deſcendũt ad renes. Hæc queſtio tame͂ Eraſiſtrati ſectatores nõ parum vrget, quippe qui putauit ſolum ſpiritũ in arterijs cõtineri.

Lamæ. Carũculæ.

Pulmonis vomica.

Nobis vero nihil difficultatis affert, vtpote intelligẽ-
tibus, ꝙ lenis arteria pulmõis, quãtũ puris ex erupta
vomica ſuſcipit, id in ſiniſtrũ cordis ſinũ deferre po-
teſt, quod inde in magnã ipſius arteriã incidens, per
renes tranſit in veſicam. Hoc tamen non ita crebro e-
uenire videtur, vtpote pure prius in aſperas arterias
magna ex parte tranſſumpto. Itaqꝫ quã ob cauſam
pus ĩ pulmõe genitũ, cũ vrinis (licet raro) excernat̃, iã
dictum eſt. ¶ Id vero quod per ventrẽ expellit̃, aliã
& quidẽ rarã (quę in corporũ diſſectione apparet) ha
bet cauſam. quippe cõcaua vena, mediãte vaſe quo-
dam ſtelechiee (id venę quę arboris caudici propor-
tione reſpondet) videtur interdũ adaptari. Proinde
nihil mirũ, neqꝫ impoſſibile eſt, & ex partibus ſepto
tranſuerſo ſuperioribus, pus in ventrem defluere, &
ex his quæ eidem ſupponũtur, ipſum per renes in ve-
ſicam peruenire. Nam corporũ raros habit⁹, par eſt
vt rara etiam accidentia ſequantur.

¶ De vteri affectibus. Cap. V.

ATqꝫ ne hoc quidem loco ſollicitos nos
eſſe oportet, vtrũ vuluam, an vterum — Vulua
appellemus, eam partem quę mulieri- — Vterus
bus ad pariendum a natura data eſt.
Neqꝫ rurſus vtrum numero plurali
vuluas, aut vteros, an ſingulari vuluã,
aut vterũ quis noĩauerit. Eteni ſatius fuerit in rebus
vtilibus tempus collocare, ex quibus vel ad notitiam,
vel pręſagia, vel curationẽ, fructũ aliquem decerpere
poſſimus. ¶ Veluti in eo affectu quem nõnulli vteri — Vteri ſuffo-
ſuffocationẽ, alij ſpiratiõis ob vterũ ablationẽ vocãt, — catio.
perinde ac ſi vtraqꝫ appellatiõe vnũ quẽdam affectũ
explicare velint medici. Ego vero multas vidi mulie-

Hyſtericæ mulieres.

res hyſtericas id eſt ab vtero ſuffocatas. nam priores feminę artem medicam profeſſę, a quibus nomē ipm audiri potuit, ita ſeipſas noīare ſolebant. alias quidē ſine ſenſu imobiles iacere cum obſcuro paruoq; pulſu, adeo vt in quibuſdam ne percipi quidē pulſus poſſet. Alias ſentientes quidē, & moueri potentes, atq; integra ratione, ſed tamen animi defectione, & difficili ſpiratione laborātes. Alias etiā crura & brachia cōtrahentes. Ex quibus cōiecturam feci multas eſſe, vteri affectuum differentias, vel pro cauſę efficientis magnitudine, vel pro ſpecierū quarūdā varietate, iter ſe differentes. ¶ Igitur prima ſpecies, cuius Heraclides ponticus in ſuo cōmentario mentionē fecit, multā exhibet de ortu ſuo ambiguitatē. Ait eni ſub hac ſpecie, neq; pulſum, neq; ſpirationē mulieris deprēhēdi poſſe. Atq; ob id dūtaxat nō videri mortuam, quod exiguū, in medijs corporis partibus, calorem habet. Eſt autē libri titulus, Apnus (id eſt perdita ſpiratio) Heraclidis. Ac aſtantes quoq; medicos quęſiuiſſe ait an nondū ſit mortua? Ruſus nōnulli Heraclide poſteriores credentes ſeruari aliquid ſpirationis, quāuis ipſa non appareat, carptę lanę floculos, coram naribus ſuſpendi iubent, vt exacte deprēhēdatur, nū ſpiritus aliquis inter ſpirandū, modo intro, modo foras deferatur. Sunt qui poculū aquę plenū, ori ventriculi īponere pręcipiūt, quippe imotū omnino ſeruari humorē aiunt, ſi tota perierit ſpiratio. ¶ Itaq; ſi omnes ita affectę mulieres interijſſent, ſimplex eſſet queſtio, quū vero nōnullę ſeruari videātur, geminā oriri queſtionem neceſſe eſt, inueſtigantibus nobis, cū diſpoſitionem ob quā ſpirationis munus deperditur, tū vel magis, quomō viuere poſſint, quæ nihil oino ſpirāt.

Heraclides

Apnus Heraclidis.

Quippe in cõfeſſo eſt, & ſpiratione͂ a vita, & vitam a ſpiratione, ſeparari nõ poſſe, adeo vt viuente͂ nõ ſpirare, & ſpirante͂ nõ viuere, ſit impoſſibile. Atq; hæc queſtio, quãq̃ ſuperiore difficilior videtur, non eſt tamen perinde difficilis. quippe facile ſuſtinebit̃, ſi latebris incluſa animalia cõſyderes, nulla apparente in ipſis ſpirationis nota. Hoc enĩ cognito, perſpectiſq; aialibus, vtpote frigidis, atq; eo demonſtrato, ꝙ maximus reſpirationis vſus eſt, vt intimus calor, & refrigeratione, & ventilatione ſeruetur, haud ita difficile fuerit perpendere, exiguũ illũ calore͂ in ipſis derelictũ, arteriarũ, cordiſq; officio cõſeruari, quę actio a quibuſdã medicis tranſpiratio, veluti ea, quę a thoracis pulmoniſq; officio prodit, reſpiratio vocat̃. Itaq; pereunte, ob vteri affectũ ſpiratione, quoniã vniuerſum corpus refrigerat̃, id enĩ manifeſte videtur, fieri poteſt, vt nulla ꝓdeat ab ore ſpiratio, q̃uis ea quę in arterijs fit, nequaq̃ intercipiatur. Pręterea adeo exigua poteſt eſſe ſpiratio, vt ſenſum omnino effugiat. Ergo vt nihil ad hunc affectũ pertinens maneat indiſcuſſum, ſuccedit iterũ alia q̃ſtio. Quã ob cauſam corpꝰ refrigeret̃? Ea vero haud difficulter diſſolui poterit, ſi pręcedẽtes cauſas diligenter intueamur. Sunt aute͂ huiuſmodi. Cõuenit inter oẽs medicos hunc affectũ magna ex ꝑte viduis euenire, idq; maxime, ſi antea probe purgarentur, ac parerent, atq; virorũ cõcubitu gauderent. Quibus rebus oĩbus priuatę, quid ꝓbabilius excogitari quis poſſet, quã quod ob retẽta me͂ſtrua cohibitũq; ſeme͂, hmõi mulieres, vteri diſpoſitionibus crucient̃? ſiue eas apnœas (id eſt nõ ſpirationes) ſiue ſuffocationes quis vocauerit, ſiue etiã forte fortuna cõtractis iaceant me͂bris. Idq; fortaſſe magis

Trãſpiratio

Reſpiratio.

a ſeminę cõtingere poteſt, vtpote magnam vim obti-nente. vt eſt enim in mulieribus, humidius, ita etiam frigidius, proinde ipſum excerni oportet, pręſertim ſi naturaliter multo ſemine exuberat mulier. ¶ Id vero viris quoq; euenire ſolet. quippe nõ parua eſt horũ differentia. Sunt enĩ nõnulli quos protinus a iuuentute cõcubitus imbecilliores efficit. Alij niſi aſſidue coeant, capitis grauitate moleſtantur, cibos faſtidiunt, ac febribus obnoxij fiũt, atq; vt deterior eſt ipſis appetentia, ita & cõcoctio minor. hos Plato arboribus imodice fructiferis cõparat. Equidẽ noui quoſdam, quibus huiuſmodi erat natura, qui pre pudore a libidinis vſu abſtinentes, torpidi, pigriq; facti ſunt. nonnulli etiã melancholicorũ exẽplo, prçter modũ mœſti, ac timidi, cibi etiam, tũ cupiditate, tum cõcoctiõe viciata. Quidã vxoris mortem lugens, & a cõcubitu quo antea creberrime fuerat vſus, abſtinẽs, cibi cupiditatẽ amiſit, atq; ne exiguũ quidem cibum concoquere potuit. vbi vero ſeipſum cogendo plus cibi ingerebat, protinus ad vomitũ excitabať, mœſtus etiã apparebat, nõ ſolum has ob cauſas, ſed etiã (vt melancholici ſolent) citra manifeſtam occaſionẽ. Verum hic quãcelerrime liberatus eſt. Hæc ergo cõſyderanti mihi apud meipm̃, viſum eſt longe maiorẽ ex retento ſemine quam menſtruis, corporis noxam euenire poſſe, pręſertim in his qui ſuapte natura vicioſis abũdant humoribus & pleni ſunt, atq; in ocio educati, qui q; cũ antea nihil ad libibinẽ reliqui feciſſent, affatĩ cõtinere ceperũt. Equidẽ perpendi in ijs, naturalem excernendi ipſum cupiditatem huius rei cauſam eſſe, quũ enim & tale & tantũ fuerit, neminẽ non ad ſui excretionẽ vi quadam ſtimulat. ¶ Ita Diogenem cy-

Plato.

Diogenes cynicus.

ricū narrant, verū alioqui omniū mortaliū, quod ad cōtinentiā ꝑtinet, cōſtantiſſimū, libidini tamē idulſiſ ſe, non a copulata illi voluptate, veluti bono aliquo illectū, ſed vt noxā, quę a retēto ſemine ꝓuenire ſolet, euitaret. Eum meretrix adire pollicita, quū diuti⁹ ceſ ſaret, ipſe manu pudēdis admota, ſemē ꝓiecit, ac venientē deinde mulierculā remiſit, inquiens, man⁹ hymeneū celebrādo te prçuenit. At plane cōſtat modeſtos viros, nō ob voluptatē, ſed vt ab īpedimēto prę ſeruent, libidini idulgere, perīde ac ſi nulla eſſet ei voluptas cōiugata. Sic etiā reliqua aīalia ad coitū excitari arbitror, nō quod exiſtiment voluptatem boni cuiuſpiam ſpeciem prę ſe ferre, ſed vt ſemē, quod ob retentionē ipa moleſtat, excernāt, haud ſecus quā deijciendi ſtercoris, excernēdeq; vrinę deſyderio, ſuapte natura moueri cōſueuerunt. ¶ Cogitanti itaq; mihi aliquādo ſuꝑ hac re, tale quoddā accidēs apparuit i muliere ex longo iam tēpore vidua, quę pręter cętera mala, neruorū quoq; moleſtijs vexabat̃. ac dicēte obſtetrice, vterū eſſe retractū, remedijs ad huiuſmodi affectus cōſuetis, vti decreui, quibus adhibitis, partim ob ipſorū calorē, parti etiā quod iter curandū, manibus tractarent̃ partes muliebres, oborta titillatione, cū labore, & voluptate, veluti per coitū vſu venire ſolet, excreuit craſſum, plurimūq; ſemen, atq; ita a moleſtia ſua liberata eſt mulier. Proinde manifeſta cōiectura aſſequut⁹ ſum, viciato ſemini, maiorē, quā mēſtruis, eſſe vim, ad noxā vniuerſo corpori inferendā. Itaq; licet hæc quidē aliquādo ꝓfluant e viduis, ſuppreſſū nihilominus ſemen, moleſtiā, noxāq; ipſis inferre poteſt. ¶ Quib⁹ vero nequaq̃ ꝑſuaderi poteſt, exiguū ſuccū in vna parte cōtentū, tātorū accidentiū,

Hiſtoria.

quę vniuerſo corpori eueniũt, eſſe cauſam, ij omnino immemores eſſe videntur eorũ, quæ quotidie contingunt. Eteni a phalangij ictu, totum corpus affici videtur, exiguo veneno, per minimũ foramen iniecto. Sed longe maiori admiratione dignus eſt ſcorpionis ictus, quod breui admodũ tẽpore, grauiſſima infert accidẽtia. quippe quũ ſeſe ĩplicat, aut perquã exiguũ eſt id quod inijcitur, aut nihil omnino, nullo apparẽte foramine in ipſius aculeo. Atqui fieri non poteſt, quũ primũ quis, perinde quaſi ab acu, punctus eſt, vt vniuerſum corpus veluti grandine percuti videatur, animi ſimul defectione accedẽte. Nam rationi magis cõſentaneũ eſt, vt vel a ſpiritu quodã, vel tenui humiditate iniecta, hæc eueniant accidentia. Sunt qui putant res quaſdã ſolo tactu, per qualitatis vim, ea quæ eis vicina ſunt alterare poſſe, idq; plane videri in marina torpedine, vtpote cui tam vehemens ſit potẽtia, vt per piſcatoris tridentẽ tranſmiſſa ad manũ alteratione, derepente totã reddat torpidã. His cõiecturis facile depręhẽditur, paruę molis res quaſdã, ſolo tactu, maximas inducere alterationes. Id quod in Heracleo quoq; lapide, quẽ magnetẽ noĩant, videre eſt. ferrũ eni quod tetigerit, ei adhęret, vel nullo adhibito vĩculo. Deinde ſi aliud, id quod primo tactũ fuit, tetigerit, ſimiliter vt primũ illi ĩhęrebit. Poſtea tertiũ ſecundo, ita vt plane cõſtet, rebus quibuſdã vehemẽtiſſimas eſſe vires. ¶ Reliquũ eſt vt inueſtigemus an in animãtibus corruptio aliqua naſci poſſit adeo vehemens, vt veneni, tum qualitatem, tum vires ęquet? aut id iam a medicis enodatum, diſcuſſumq; eſſe videtur, qui hanc ſolent proponere queſtionem. Vtrũ propriæ ſint notę veneni, necne? Nam qui maxime

Phalangiũ

Scorpio.

Torpedo.

Heracleus lapis.

Magnes.

videntur ſuper hac ambiguitate diſputaſſe, ij eoſdem fieri affectus cõcedunt, & a lętalis veneni potione, & a corruptione quę e corpore ſcaturire poteſt, verum facile diſcerni eos qui venenũ ſumpſerunt ab ijs qui aliunde affecti ſunt. Quum enim homo ſuapte natura probis humoribus abundans, ac ſanorum more educatus, derepente moritur (vt lętali aſſumpto veneno fieri ſolet) deinde corpus aut liuens, aut nigricans, aut varium eſt, aut diffluens, aut prę marcore, fedum, moleſtumq; reddit odorem, hunc venenum ſumpſiſſe aiunt. Igitur ſi eiuſmodi affectibus nos infeſtari fateamur, qui ex nobiſmetipſis, accepto ſuæ originis impetu, ſimiles ſint his, qui pernicioſo epoto veneno eueniunt, nihil mirum ſi viciatum ſemen, aut menſtruum huiuſmodi, quum retinetur, aut puteſcit, corporibus vt afficiantur idoneis, grauia inferat accidentia. Quippe facile intelligitur a canibus, quantã habeat vim afficiẽdæ rei aptitudo, quũ enim reliquorum animaliũ nullum rabie capiatur, ſolus canis eo affectu corripitur, atq; tanta fit in ipſo humorum corruptio, vt ſolũ eius ſputũ, ſi humanũ corpus contigerit, rabiem excitare poſſit. Vt igitur ab exiguo initio, ſputi videlicet qualitate, aucta quędam in corpore diſpoſitio, quando ad magnitudinem notatu dignam peruenerit, diſcerni poteſt, idq; poſt ſex mẽſes, quum nõnunquã ante id tempus, nulla nota deprę hendatur. Sic eodem modo vicioſo humore in animalis corpore genito, paulatim tractu temporis, principalium partium aliqua conſentit, a qua deinde vniuerſum corpus celeriter alteratur. ¶ Quod autem a priſcis iam inde ſęculis optimo iure creditum [illegible] erit, hyſterica dicta accidentia, ad vterum, tan-

Veneni epoti notæ.

Canes rabioſi.

Hyſterica accidẽtia.

quam ad radicem pertinere, vel maximo argumento
eſſe poteſt, quod & ſolis viduis, & ijs quibus mēſtrua
ſupprimūtur, huiuſmodi affectus euenire conſueue-
rūt. Quod vero ad eos excitādos, retentū ſemē, ma-
iorem, mēſtruū vero, minorē vim obtineat, facile in-
telligit̃ ab his mulieribus, quibus cū nō ſint viduę pur
gationes ſupprimūtur, q̄uis enī pluribus infeſtent̃ ac-
cidētibus, quę poſthac dicent̃, ſpiratione tamē nō pri
uant̃, neq; animi defectiōe, neq; alijs quoq; accidēti-
bus, quę paulo antea dicta ſunt, laborare vident̃. Cū
etiā ex eo quod ſunt viduæ quędā, quę licet æque vt
antea, aut paulominus purgent̃, nihilominꝰ ſimilibus
corripiūtur accidētibus. Quippe medicę q̄ eas exqui
ſite tetigerūt, fatent̃ circa vterū notas quaſdā appare-
re. Nā ceruix eius īclinata videt̃, interdū quidē veluti
ſurſum retractus ſit totus vterus, interdū vero veluti
ad latus trahat̃. Proinde quidam vteꝝ veluti aīal eſſe
ſtatuentes, quod creandę ꝓlis gratia mouet̃, ſi priuet̃
his q̄ cōcupiſcit, vniuerſo corpori nocere dicūt. Qua
Plato. „ de re Platonē ita ſcripſiſſe cōperimus. Ea pars quę in
„ mulieribus & vterus & vulua nomīatur, quū ſit ani-
„ mal prolē creare deſyderans, idcirco ſi pręter horam
„ longo tēpore ſterilis fiat, indignata ęgre fert, erranſq;
„ per totū corpus & ſpiritus meatū obſtruens, reſpira-
„ req; nō ſinens, extremā indigentiā inducit, atq; alios
„ morbos multifarios excitat. Hęc dicēte Platone, qui-
dā addiderūt, quod poſtea quā ita per corpus vterus
errauerit, ad ſeptū trāſuerſum perueniens, reſpiratio-
nem īpedire ſolet. Alij errare īpm veluti aīal negan-
tes, vbi ſuppreſſa ſunt menſtrua, exiccari aiunt, dein-
de humectari cupientem, ad viſcera vſq; aſcendere,
quū vero aſcendendo nōnūquā ſeptum tranſuerſum

contingat, idcirco animal ſpiratione priuari. Etenim qui ignorant ea, quę in diſſectionibus apparēt, quiq; neq; naturales, neq; a voluntate pendentes actiones, vnq̄ cōſiderauerunt, q̄uis ea quę iam diximus nulla audiant demonſtratione roborari, fieri tamen poſſe arbitrantur, vt aliquid ex ipſis a veritate nequaq̄ abhorreat, At vero qui in vtriſq; fuerint exercitati, hāc rationē, vtpote infirmā, vel me tacente, deſpiciūt. Nā ſi aliquid vteri aſcēdere videat̄, id perexiguū eſt, neq; ſufficit ad hoc, vt totū ipius ſpaciū, ne ad ventriculum q̄dē aſcendiſſe oſtendat. tm̄ abeſt vt hūc prętereūdo, ad ſeptū trāſuerſū ꝑtigere poſſit. Qđ ſi det̄ etiā vt at tigat, q̄d mométi habebit id, vt ſpirationē tollere, aut animi defectionē, aut mēbroꝝ cōtractionē, aut integrū ſoporē īducere poſſit? Eteni cū aliq̄s ſe ipleuerit, vētriculus ītumeſcēs, plane videt̄ ſeptū trāſuerſum cō primere, atq; hāc ob rem ſpiratio redditur crebrior, ſed nullo inſuꝑ alio accidente animal infeſtat̄. Atq; pregnantibus quoq;, vterus adeo intenditur, vt crebrior fiat ſpiratio, ſed ne has q̄dē aliūde lędi videm⁹. Id autē qđ dicūt, exiccatos vteros, hūoris deſyderio ad viſcera aſcēdere, nemini nō abſurdū videri poteſt. Si eni inutilē aliquādo vterus requirat humorē, veſicam atq; craſſi inteſtini partē inferiorē, totā ſibi proximā habet. ſi vero nō ſimpliciter humorē, ſed ſanguineum humorē deſyderat, ad hepar potius, quam ad ſeptū tranſuerſum, ipſū moueri oportebat. At vero quid opus eſt vt alijs de foris accidat partibus, quum a ſpiſſa mēbrana ipſum ambiente cōtineatur? quippe omnes tunicę quę ad ſeſe humorē ex inteſtinis attrahūt, per ora quāplurima id efficere ſolent. Atqui ad vterū multa admodū venarū ora ꝑueniūt, ꝑ quas

ex cõcaua vena, vtpote cui ex hepate ſanguis influit, ſanguinẽ attrahere poteſt. Eteni quã aliã fiſtulã, hac aptiorẽ, quis inuenerit? qua ex hepate ĩ vterũ ſanguis deferat̃, aut per quã aliã oĩno vter⁹ ex iecinore quidpiã attrahere poſſit, niſi maximũ cõcauę venę cõductum eſſe fateamur? At aliã haudquaq̃ inuenire eſt. quippe ſola hæc vena, partibus ſub tranſuerſo ſepto cõſtitutis, ex hepate defert ſanguinẽ. abſurda igit̃ oĩno eſt illorũ ratio, qui dicũt vterũ veluti animal quidpiam efficere. Sed ſi hoc ipſis cõcedatur, ergo ęgreferet vterus priuari ſe eo quod concupiſcit, atq; ob hoc etiã alimẽto carebit, eo modo quo phœnices amatores affici perhibent̃. verũ ob hoc neq; ad ſeptũ trãſuerſum, neq; ad aliũ quẽuis locũ pueniet. Nam vt cętera omittamus, perquã arida eſt ſepti tranſuerſi tẽperatura, atqui vterus iuxta illorũ placita, qui ipm exiccari dicũt, humida᷑ partiũ cõicatione idiget. ¶ Sed interrogaueris fortaſſe, quã ob cauſam, modo ſurſum, modo ĩ latus retrahi vterus videat̃? id eni obſtetrices aiunt, aut cur ipſo in ſua ſede ſępenumero manente, nihilominus mulieres quędã ab hyſtericis accidentibus corripiant̃? Equidẽ huius rei cauſã explicare tentabo, ea q̃ ab Hippocrate dicta ſunt imitãdo. Igitur vteri tẽſiones in cauſa eſſe dixeri, cur tangẽtib⁹ obſtetricibus, modo ſurſũ, modo ĩ latus retrahi videat̃. Nã ſimul cũ vtero, ceruicẽ quoq; ipius retrahi neceſſe eſt. Supeſt ergo vt declarem⁹, quã ob cauſam, vterus vel ſurſũ, vel ad latus retrahat̃? hoc eni huic ſermoni deerat. Ea eſſe cenſet̃ vaſorũ ad ipm puenietiũ & plenitudo, et ſuſpenſio. Eteni oſtẽdim⁹ in enarratione eius aphoriſmi quo iquit. Cõuulſionẽ, et a plenitudie fieri, & euacuatiõe, qđ plenitudo repletorũ corpa, & in

Hippocrates.

latũ,& ꝓfundũ extendit,ſed longitudinẽ abbreuiat. Ergo qu o efficiunt̃ breuiora,eo magis ad originẽ retrahũtur.Nã Eraſiſtratus muſculos quoq;,ſi ſpiritu ipleant̃,in latitudie augeri,in longitudie vero minui, atq; ob id etiã retrahi dicit.vnde ergo orit̃ plenitudo, tũ venarũ,tũ vinculorũ? nẽpe ex mẽſtruorũ retẽtiõe. Nã ꝓuenit quidẽ ad vterũ ſanguis,ſed ad interna ipſius ingredi nõ poteſt,aut quia craſſior eſt,q̃ vt ꝑ ora vaſorũ poſſit penetrare, aut quia clauſa ſũt ora. Itaq; multiplicatus in venis,eas extẽdit,atq; vicina ipis vincula madefacit,ad horũ aũt extenſionẽ, cõtinuo vterũ retrahi neceſſe eſt.Igit̃ ſi ęqualiter vndiq; trahant̃, recta erit,& ſine inclinatione, ipſorũ trãſmutatio. Si vero inęqualiter,ad partẽ vehemẽtius trahentẽ intẽdũtur.Nõ ergo veluti aĩal errabũdũ,modo huc,modo illuc,diſcurrit in mulierib⁹ vterus, ſed ab extẽſiõe retrahit̃. Qđ ſi dixerit quiſpiã,vteri corpus,tũ nõ eſſe affectũ,ſed ꝑuerſione laborare,quũ trahit̃, hic plurima,quæ ad alia cõducere poſſunt, dicere videbitur. Nãq; circa reliquas quoq; corporis partes accidit,vt huiuſmodi appareant affectus,& vt ſępenũero decipiant̃ medici,qui peruerſam partẽ,quia vel icuruari, vel extẽdi nõ poſſit,arbitrant̃ eſſe affectã, Atq; hoc docuit Hippocrates in eo libro quẽ de articulis ſcripſit,vbi etiam de vteri vocato errore mentionem fecit, ita ſcribens. Si in poſteriorem partem caput femoris exciderit,quãquam hoc raro ſit, extendi non poteſt crus,neq; ſecundũ luxatum articulum, neq; adeo ſecundum poplitem quoq;.iiq; minime,vbi longo ſpacio durauerit malum, vel inguinis, vel poplitis articulum extendere poſſunt . Hoc ſermone quamuis poplitis articulus haudquaquam afficiatur , quia

Eraſiſtrat⁹

Hippocrates.

tamen cũ inguine cõmunicat, ipſum extẽdi nõ poſſe
" ait. Atq; deinceps ſubiungẽs inquit, Sane aĩaduerte-
" re hoc oportet, vt enĩ vtile eſt, ita magna eſt ipius habẽ
" da ratio, q̃uis nõ paucos lateat, quod ne ſani quidem
" extẽdere poſſunt poplitis articulũ, niſi ſurſum leuato
" pede, ita enĩ poſſunt. Neq; etiã ſimiliter, ſed lõge ma-
" iori cũ difficultate flectere poſſunt poplitis articulũ,
" niſi ſimul flectãt articulũ inguinis. His dictis deiceps
" ait. Multa alia quoq; ijs haud diſſimilia ĩ corpore in-
" ueniũtur & ſecundũ neruorũ diſtentiones, & muſcu-
" lorũ figuras, quietiã plurima notatu fortaſſe dignio-
" ra, quã quis putauerit, cõtigere ſolẽt, & ſcd̃m ĩteſtino
" rũ naturã, et vniuerſũ vẽtriculũ, atq; vteri, tũ errores,
" tũ extẽſiones. His verbis Hippocrates de poplitis ar
ticulo dicere ꝓpoſuerat, nõ potẽte ſecũdũ naturã mo
ueri, idq; nõ ob propriũ ipſius affectũ, ſed quia coxę
cõſentit. quinetiã extenſionũ, quę vtero accidũt, mẽ-
tionẽ fecit, quũ videlicet ipſe, nõ per ſe trãſmutat̃, ſed
Vteri peruer-ſiones. a quibuſdã alijs trahitur. ¶ Igitur vteri peruerſiones,
eo quẽ diximus modo, ad ſuppreſſa ſequuntur men-
ſtrua, eas tamen ob hoc, accidentiũ quæ in animalis
corpore apparent, cauſas eſſe, nequaq̃ putandũ eſt.
quippe quæ cõmunem habent cauſam, plenitudinẽ,
a ſuppreſſa menſtruorum purgatione euenientem.
¶ Quæ vero citra peruerſionem, aut menſtruorum
retentionem, viduas moleſtant noxę, hæ ob retentũ
ſemen euenire putantur. ¶ Cęterũ & a multitudine,
& quantitate, tum menſtruorũ, tũ ſeminis, varię acci-
dentium ſpecies oriri ſolent. Etenĩ lędente cauſa vni-
uerſum corpus refrigerare potente, adeo vehemẽter
infrigidatur corpus, vt & ſpiratio, & arteriarum pul-
ſus, ſenſu depręhendi nequeant. Quæ ſi vel craſſa

fuerit, vel acris, conuulſiones, ſi vero atræ bilis natu-
rã habuerit, mœſtitiã inducet. prçterea animi quoq;
defectiones, & ad fortes extenſiones, & refrigeratio-
nes, & ſtomachi çſtuationem ſequi cõſueuerunt. Cõ-
ſtat autem q in huiuſmodi ſermonibus, os ventricu- Stomach9
li ſtomachũ ſolem9 appellare. quippe õniũ medico℞
mos eſt, in ſyncopa quç ab oris ventriculi vicio depẽ
det, huiuſmodi vti appellatione. ¶ Porro accidẽtia q̃
ob aſtricta menſtrua infeſtare ſolent (nã de ijs quoq;
nonnihil me dicturum pollicitus ſum) nunc enarrare
aggredior, ſumpto initio ab his quç ab Hippocrate Hippocrates.
ĩ aphoriſmis ſcripta ſunt, prçcipue vero quum dicit,
,, Si mulier neq; prægnans, neq; puerpera, lac habet,
,, menſtrua eius defecerunt. At nullo in mãmis appa Suppreſſorum menſtruorũ notæ.
rente lacte, menſtrua ſuppreſſa hiſce notis depræhen
duntur. Grauitas totum corpus moleſtat, item fa-
ſtidium quoq; vt nulla ſit cibi cupiditas, horror inç-
qualis, quod ſi citra horrorem inæqualitas aliqua fue
rit, atq; faſtidium, cupiatq; mulier quædam aliena, Imprægnationis notç
iube vt obſtetrix vteri ceruicem tangat, Nam ſi citra
duritiem clauſa inueniatur, eam prægnantem eſſe cõ
ijcies. Nonnullç cibum præterea euomunt, ac terrã,
aut extictos carbões, aut alia quçdã huiuſmodi edũt.
Si vero clauſũ fuerit os ceruicis vteri, ac duritiẽ quoq;
habeat, affectum aliquem ĩ vtero eſſe portẽdit. opor-
tet itaq; ſpeculari obſtetricem, ad quam partẽ, vel de-
clinet, vel retrahatur. nam in ea parte affectã vteri ſe-
dem eſſe conijciendum eſt. Atq; in quibuſdam fœmi
nis, eius partis dolor cum grauitate, nonnihil ſignifi-
care poteſt. quinetiam in coxam dolor tranſit, ac crus
ipſum, quod e regione eſt, per inceſſum claudicat. Qꝫ
ſi longiori tempore ſupprimantur menſtrua, nullãq;

medicus mulieri vacuationem promoueat, tumor aliquis prçter naturam, in ilibus interdũ exorit̃, oſtẽdẽs nimirũ ex internis partibus quampiã eſſe inflãmatã. Nõnullis panus in extrema iliũ parte excitat̃. veluti viris quoq; eodem in loco nonnunq̃ oriri ſolet, q vbi ſuppuratus aliquando fuerit, longo temporis ſpacio vix finit̃. Vidimus itaq; ipſum, & in hac parte, & in colo ſuppuratũ, diſſectumq;, interdũ ignorãtib⁹ medicis inexpertis quid inciderent, interdũ vero intelligẽtibus quoq;. Atq; ab hmõi tumore ſuppurato i colo, nemo non facile ſanus euaſit. Vteri vero ſectiones maiori cum difficultate conglutinantur. Hmõi accidentia ſequi ſuppreſſa menſtrua conſueuerunt, ac p̃terea lumborũ, & colli, & ſincipitis dolor, qui etiã oculorum fundamenta infeſtat, itẽ febres ardẽtes, & vrinç nigricãtes, cũ rubra quadã ſanie, peride ac ſi aquç ex qua nup̱ mactatæ carnes ablutç fuerunt, fuliginẽ quis miſcuiſſet, quibuſdã vrina, aut difficulter redditur, aut omnino ſupprimit̃. Quũ ergo horũ aliquod in muliere conſpexeris, vterũ veluti radicẽ ipſorũ cõijcere oportet. Q ſi per aliũ quẽpiã corporis locũ, ſanguis effluxerit, aut inflãmatio, aut eryſipelas excitat̃, an menſtrua purgentur interrogare debes, ſiquidẽ nihil horũ accidere ſolet integre purgatis. Igitur quibus mẽſtruorũ cohibet̃ purgatio, ijs hmõi plerũq; eueniunt accidentia. Quũ vero ĩmodice vacuantur, ſequit̃ color fœdus, pedes molli tumore attolluntur, corporis robur proſternitur, viciat̃ ciborũ, tũ cõcoctio, tum cupiditas. Atq; in totũ oĩa, quotquot immoderatam ſanguinis vacuationem ſiue ex hemorroide, ſiue alio quopiã ſanguis fluore euenientẽ, ſequi conſueuerũt, accidentia huiuſmodi fœminas infeſtant, Sed accidit

Superfluorũ mẽſtruorum accidentia.

interdũ fœminis, muliebre vocatum profluuium vel vtero haudquaq̃ affecto, quũ videlicet vniuerſũ corpus per ipſum expurgatur. quemadmodũ interdũ per renes quoq; euacuat̃. Id vero potiſſimũ fit ſi mulier laxis ſit carnibus, & pituitoſa. Hmōi mulieres intacto quidē vtero, ſed vniuerſo corpori adhibitis remedijs ſanauim⁹. Atq; id q̃d excernit̃ nōnunq̃ rubra ſanies eſt, interdum aquoſa, aut ſubpallida. Q, ſi pur⁹ fuerit ſanguis, qualis ex diſſecta vena profluit, diligenter aiaduertere oportet, nũ eroſio ſit in vtero, ea vero magna ex parte in ceruice potius, q̃ alibi contigere ſolet, diſcernit̃q; p excretā ſaniē, ſi fuerit profũda. Si vero circa os ceruicis cōſtiterit, nō ſolũ p hanc, ſed per tactũ quoq; cognoſci poteſt. ¶ Atq; prægnantes quoq; quũ ora venarũ in ceruice aperiũt̃, ſāguinē excernũt. Ergo ſi mulieri vtero graui, mām̄ę ſubito extenuāt̃, abort⁹ ſequit̃. Atq; geminos ferēs, ſi altera mām̄a extenuet̃, alterũ amittit. & oīno ſi dextra mām̄a extenuata eſt, marē, ſi ſiniſtra fœminā amittit. Quippe fœtus, qui mares ſunt, parte vteri dextra continētur, qui feminę, magis ſiniſtra. Atq; raro aliter euenire cōptũ eſt. adeo vt in aīalib⁹ quoq;, q̃ ſuapte natura geminos ferre ſolēt, itidē accidere videamus. vt in capris, ouib⁹, atq; alijs quadrupedibus nō paucis videre eſt. ¶ Si mulier prompte quidē conceperit, deinde ſecundo, aut tertio, aut quarto impregnationis menſe, fœtũ eiecerit, circa vteri acetabula humorē pituitoſũ abũdare, atq; idcirco venarũ, arteriarũq; eius loci, ad ora vaſorũ in vterũ deſcendentium, nexũ debiliorem reddi conijciendum eſt, vt fœtum ob grauitatem ferre nequeat, ſed facile abrumpatur.

Mulliebre pfluuium.

Pregnantiũ mēſtrua

Hippocrates.

¶ De colis affectibus Cap. VI.

QVēadmodū ab excremētis quæ ꝑ aluū deijciuntur, pauca admodum ſuper vicinarum partium affectibus indicia accipi poſſunt, vtpote quæ magna ex parte, & inteſtinorum, & ventriculi, & ſplenis, et iecinoris, atq; nonnunq̄ humorū in vniuerſo corpore exuperātium, notæ ſunt. Sic eodem modo pauca per colem educta excrementa, proprium ipſius affectum portendunt, ſed perplura veſicę, renum, hepatis, ſplenis, pulmonis, thoracis, atq; humorū in vniuerſo corpore, diſpoſitiones ſignificāt. Verū hos per alia, quę vnicuiq; parti affectę concurrere diximus, ſigna, diſtinguere oportet. ¶ Igitur affecti colis hæc erunt indicia. Nam vlcus manifeſte depræhenditur a dolore ipſum infeſtante, atq; ſi aliq̄d vlceri concurrere ſolitū, cū vrina effluit. Id vero ab eo quod ex veſica ſecernitur, ita diſcerni poteſt. Nā ipſū in primo protinus exitu apparēs, vrinā præuenire cōſueuit. quod vero a veſica egreditur, vrinę admixtum videtur. quinetiam aſſidue inter meiendum mordicus dolent pudendorum vlcera, præcipue quum vel ramēto, vel ſordibus ſolutis, pura fuerint. Sed longe euidētius ipſius inflāmatiōes, ac reliquæ huiuſmodi diſpoſitiones dinoſcuntur, vel nullo deſyderato indicio.

Gonorræa

¶ Ergo gonorręa eſt ſeminis excretio inuita, quam īuoluntariam quoq; nominare licet. Sed ſignificantiꝰ dixeris, ſeminis aſſiduam excretionē cole haudquaq̄ extenſo.

Priapiſmꝰ.

¶ Priapiſmus vero eſt quū coles, & in longitudine, & latitudine totus augetur, nullo ſtimulante ad libidinem aut deſyderio, aut acquiſito calore, vt quibuſdam accidere conſueuit. At breuiori quoq; cōpendio dicere potes, permanentem colis, aut aucti-

onē aut tumorē. deducta vero denomiatio eſt a pria‑po ſcilicet. Nā hūc vt cui ſuapte natura hmōi coles eſſet, finxerunt, atq; pictura deſcripſerunt hoīes, ¶ Gonorrææ autē nomē plane cōpoſitū eſt ex γονῆς (quod ſemen genitale) & ῥεῖν quod fluere ſignificat. Etenim ſemen modo γονὴ modo γόνος noiari ſolet. ¶ Porro queādmodū oīa corporis noſtri excrementa, interdū a cōtinentibus ipſa corporibus excernūtur, interdum ſponte profluunt, eo ꝙ ob ībecillitatē ab ipſis corporibus contineri non poſſunt, ita de ſemine quoq; dicēdū eſt. vt enī excernere pro cōmoda tēporis occaſiōe, ita & cōtinere, in oībus huiuſmodi naturę officiū eſt. Verū ſecretio quidē fit aperto fluctiōis meatu, ac reliquo conceptaculi ſpacio, & contracto, & ad apertum iā meatū, quicquid in continente ſpacio continet̄, impellente. Retentio vero fit quū clauſus ꝑmanet meatus, & contentū a continente haudquaq̄ impellit̄, ſed cōtra per contractionem cōprehenditur, & retinetur. Hoc modo contēti in cauis inſtrumētis hūores, ī his qui integra valitudine degūt, naturaliter & excernūt̄, & retinentur. In illis autē qui præter naturā ſe habēt, retentio quidē ob excretiuæ virtutis ībecillitatē, excretio ꝟo ob retētricis facultatis īfirmitatē euenit. vel ob diſpoſitionē aliquā, perinde partes mouentē, ac ſi ſecundū naturā ſe haberent. Id quod in ſeminarijs vaſis videre licet, vbi aliquis vel comitiali morbo, vel cōuulſione correptus, violenter ſemen genitale proijcit. Cęterum videmus alias quoq; partes, vt manus, aut pedes, aut digitos cōuelli, modo ſimul cū vniuerſi corporis cōuulſiōe, mō ipis ſolis affectis. Proinde haudquaq̄ abſurdū fuerit, in ſeminarijs vaſis, & quidem ſolis, aliquando hmōi diſpoſitionē excitari, queādmo‑

Gonorræa

dū & gonorræā, vrinę præter volūtatē diſtillātis exē-
plo, quū cōtentricē videlicet facultatē reſolui contige-
Gonorręa. rit. Igit̄ gonorræa inſtrumētorū ſeminis affectio eſt,
nō pudēdorū, q̄ ſeminis genitalis via ſūt, q̄ excernat̄.
Priapiſm9. Priapiſmus vero plane colis eſt accidens. At fieri po-
teſt, vt nullo pręcipuo ꝓprioq́ ipſū affectu infeſtāte,
ad arterias referatur, vtpote quę ſolæ interdū hmōi
habeant præter naturā diſpoſitionē, quali videlicet af
fici cōſueuerūt, quū naturaliter tot9 coles ītēdit̄. Atq̧
a ſpiritu in tumorē ipſū attolli, manifeſte patet, ijs q̧
craſſitudinē eius, & quū intumeſcit, & quū iterū reſe-
dit, perpendunt. quippe nullus humor tā ſubitā ī al-
terutrā partē mutationē efficere poſſet ¶His ſic ſe ha
bentibus, quū in corporū diſſectione, magnę videan-
tur arteriæ in pudēdū (exiguā ſcilicet particulā) irru-
ere, ſitq́ coles eſſentia talis, qualē in nulla alia ꝑte vi-
Glans. dere ē, vtpote cui9 corp9 neruoſū eſt, ac oīquaq́ fiſtu-
loſū, excepta ea parte quā glādē vocāt, q̧d aliud ex-
cogitauerit quis, q̧̄ ꝙ a vaporoſo ſpiritu, ab arterijs af
fluēte, per extēſiones in tumorē attollat̄? Ideoq́ glā-
dem æqualē ſemper habere magnitudinē, q̄d fiſtulo-
ſus in ipſā neruus non ingredit̄. Ergo quid cauſę eſt,
quū libidinis impetu quis ſtimulatur, aut vbi ob ſupi
nū decubitū, calfacti ſunt lumbi, vt coles extēdatur?
Nēpe hac inuenta, facile priapiſmi quoq́ diſpoſitio-
nem inuenire nos poſſe ſperam9. Q đ vero princeps
cauſa ſit plenitudo, vel arteriarum, vel nerui fiſtuloſi,
aut etiā vtriuſq́, quū ex priore cōditiōe mutāt̄. pa-
lā cōſtat. At vero vtrius magis, aut ſi etiā āborū, dei-
Hedi natu ceps cōſyderemus, hinc ſermonis noſtri ſūpto exor-
ralis indu- dio. Natura corporis partes fingens, perficienſq́, fe-
ſtria. cit vt ipſę citra doctrinā, proprias actiones aggrede-

rentur.cuius rei exactiſſimũ aliqñ fecim⁹ periculũ,he dũ alẽdo,ſed ita alendo, vt matrẽ q̃ ipſũ in vtero ge=ſtauerat,nunq̃ vidiſſet, Quũ enĩ grauidas capras diſſecarem,diſſectorũ q̃ſtionibus,quibus fœtus in vtero formationẽ ſpeculant̃,promot⁹,inueni elegantẽ quẽ=dã hedũ,quẽ a matre abſolutũ,ita pro meo more ab=ſtuli,vt ipſã haudquaq̃ videret. Atq; ĩ domũ quãdã, vbi multæ pelues erant,depoſui.quarũ aliæ vini,aliæ olei,alię mellis,aliæ lactis,aut alteri⁹ cuiuſpiã hũoris erãt plenę,aderantq; fructus nõ pauci,tum cereales, tum ab arboribus decerpti. Hũc itaq; hedũ cõſpexi=mus,in primis quidẽ pedibus incedentẽ,perinde ac ſi audiuiſſet ſibi inceſſus gratia crura fuiſſe cõceſſa.de=inde excuſſit quã a matre contraxerat humiditatem. poſtea pede latus ſcalpere, ac deinde ſingula vaſa ol=façere,vidimus. Percepto itaq; ſingulorum odore,lac tandem abſorbuit. Quibus viſis omnes exclamaui=mus, Hippocratem vere dixiſſe, animalium naturas eſſe indoctas. Sic ergo hedũ hunc educando,non ſo=lum lac,ſed multa inſuper alia quæ forte offerebant̃, comeſſe vidimus. At quia non longe aberat vernale equinoctiũ,quũ eriperetur hedus a matre,exactis du obus deinde menſibus,tenellos ei tũ fruticũ,tũ aliaꝝ plantarũ ramulos,obtuli,quoꝝ oĩm quum experiret̃ odorẽ,alios q̃dẽ cõtẽpſit,alios vero guſtauit, atq; ſic ad adultarũ caprarũ cibos cõuerſ⁹ eſt. Sed hoc fortaſſe nõ adeo magnũ videt̃. At lõge maiori admiratiõe dignũ eſt,ꝙ poſtea q̃ & folia, & teneros ramuſculos deuorauerat,paulo poſt ruminare cœpit. Qđ rurſus oẽs quotquot aderãt vidẽtes,exclamauerũt,ſtupidi ob naturales aĩaliũ facultates. Quis enĩ magnũ videba=tur, ꝙ impellẽte fame, per os,atq; dentes, cibũ aſſu=

Hippocrates.

Ruminare

meret, multo tamen vehementius admirati ſumus, q̄ cibum in ventriculo iā cōtentū, in primis quidē ad os ſubleuando reduceret, deinde multo tēpore māden=do tereret, poſtremo rurſus ipſū deuoraret. idq̄ nō in eūdē ſed in aliū ventriculū. Vulgares aūt hmōi natu=ræ munera deſpiciūt, nichil niſi peregrina ſpectacula admirantes. Nā quis nō miraret, q̄ medici in ſecādis corporibus peritiſſimi, q̄rere ſolent a qua cauſa articu lus hic extendit. ſubijciamus vero exēpli gratia coxæ articulū, aut a qua cauſa īcuruat, aut quid eſt q̄d ipm in vtrāq̄ partē i trāſuerſū abducit, aut q̄d ipſū vtroq̄ circūuoluit, quū interim hedus, ſingulos articulos, ad quācūq̄ motionē libitū fuerit, poſſit excitare, queād=modū homines ipſi, q̄uis a quo muſculo motus effi=ciat nō intelligāt. Porro de linguæ motione, nā hāc p̄ exēplo inducimus, quis non mirabit, ſi diſſectores in=ter ſe, non ſolū de muſculoꝝ numero, ſed de ipſorum etiā actione pugnātes viderit, ac infātes quoq̄, quo=mō natura vocē, aut aliud hmōi munꝰ imitari docue rit. Quo mō etiā līguā moueāt, aut quibus muſculis vocē eādē efficiāt. Similiter etiā de oī reliquorū aīali=um, tū voce, tū reſpiratiōe. Atq̄ (vt ſūmatim dicamꝰ) miraberis fortaſſe, quo docente, oīm q̄ a cōſilio, & vo lūtate pendent actionū, iſtructa fuerint inſtrumenta. de quibus quidē actionibus, licet acris inter diſſecto=res ſit pugna, quomodo fiant, & quibus inſtrumētis, nihilominus omnia animalia, ſimul atq̄ genita ſunt, & ſpirant, & vocem reddunt. Igitur nō mirū eſſe de=bet genitales partes, eas actiones quarū gratia a na=tura inſtitutę ſunt, protinꝰ ab initio cognoſcere. Etenī quāobrē vterus, quū ſemen genitale cōceperit, donec perfectus fuerit fœtus, exacte clauſus permanet, p̄fe=

cto vero fœtu plurimũ aperit,ac deinde ſic aptus fœtũ excludit.Populares aũt hęc ꝓpter crebrũ euẽtũ,et cõtẽnũt,& deſpiciũt,vtpote qui nihil,quod reuera ſit admirabile,ſed ea dũtaxat q̃ raro vident,admirari cõſueuerũt.Quid autẽ in rerũ natura poteſt eſſe admirabilius?nouẽ ꝑpetuis mẽſibus clauditᷣ os vteri, adeo exacte,vt ne ſpecilli quidẽ acumen admittat, ꝑfecto autẽ fœtu,vſq; adeo diſtenditur,vt totũ aĩal ꝑ ipſum egredi poſſit.¶Non igitᷣ dubites pudẽdorũ facultatẽ per ſe doctã eſſe,vt fiſtuloſum hoc,neruoſũq; corpus, vbi ad coitũ inſurgit aĩal, a naturali facultate, q̃ ipm attollere poteſt,ꝓtinus diſtendatᷣ.Cuius rei ſimile & in corde,& arteria,plane videre eſt,niſi qđ horũ motus ꝑpetuus eſt,eo quod neceſſaria ſit nobis eorũ actio,fiſtuloſus vero neru⁹ nõ ſemper, ſed quũ vſus requirit.Quũ ergo ſic fuerit extenſus,ſequitᷣ ex arterijs ſpũs,quẽadmodũ pulmo thoracẽ ob eã quã habet ad id quod vacuatᷣ ſequelã.Verũ poſſes fortaſſe replẽtis fiſtuloſũ neruũ ſpirit⁹ vim, quũ ad coitũ irrũpit aĩal, ad arterias quoq; referre,quãq̃ multo ſatius eſt,vt huiuſmodi actionẽ ad neruũ,nõ ad arterias referamus, quũ p̃ſerti actiões,ex ꝓpria partiũ eſſentia,nõ ex earũ poſitu ꝓuenire,ratiõi cõſonũ eſt. Nam cor ſi ĩ alia quapiã parte poneretᷣ,nihilominus actionẽ ſuã obtineret. Nec aliter de iecinore quoq;, liene, ac reliquis oĩbus ſentiendũ eſt.Eteni vniuerſi corporis arterias, eandẽ habere actionẽ ꝓbabile eſt,quippe eodẽ tẽpore oẽs totius aĩalis arterię,inter ſeſe ſimiliter ꝓducũtur. Itaq; haudquaq̃ par eſſe videtᷣ,vt arterię pudẽdis ĩnatæ,aliã aliquã habeant facultatẽ,p̃ter eã quę vniuerſi corpis ratione ipſis debetᷣ. Q̃uis cęteris arterijs ampliora ſint ĩpis ora,et quidẽ optimo iure,ob celeritatẽ

Naturæ miraculum.

ſequelę ad id quod euacuaẽ ſic pparata. Semp eni na tura videẽ, vnicuiq; actioni, id quod vtile eſt, vndiq̃ q; expleuiſſe. Cęterũ nullã aliã inſup pręcipuã habent actionis facultatẽ, quũ ad pudendũ puenerint. Nãq; calfactis lũbis, par eſt, vt & arterię callidiores reddã tur, & magis etiã pateãt ipſarũ ora, quãobrẽ nõ exi guã tũc ſpũs eſſentiã, in fiſtuloſũ neruũ effundũt, qui paulatĩ impletus colẽ extendit, ita vt tota ipſius eſſen tia in fiſtuloſo neruo cõſiſtere videaẽ. ¶ His itaq; co
Priapiſm9. gnitis ad priapiſmi diſpoſitionẽ veniam9. Quippe ex iis q̃ ſupra ppoſita ſunt, cõſtat, vel ob arteriarũ ora ĩ modice patẽtia, vel vaporoſũ ſpiritũ ĩ fiſtuloſo neruo ortũ, hũc fieri affectũ. Sed vtrũ poti9 pro cauſa ſit ha bendũ, ĩquirere oportet. Nãq; ab vtriſq; ipm fieri poſ ſe, mihi videtur, crebrius tamẽ arteriarum ora patẽ tia ſequi. quippe facilius eſt hęc diſtendi, quã flatuoſũ ſpiritũ in neruo fiſtuloſo gñari. Ac memini me hmõi quidẽ nerui diſpoſitionẽ ſemel vidiſſe, arteriarũ vero ſępenumero. Cuius rei cõiecturã feci, tũ ex pcedẽtib9 accidẽtib9, tũ ex mõ curatiõis. In illo eni cui aſſidue co lis cõmotio pceſſerat, cauſa erat ſpũs flatuoſ9, ad quẽ quũ oẽm curationẽ cõuertiſſẽ, hoiem ſanaui. Quibus vero ſupra modũ arteriarũ ora patebãt, in iis nullum
Hiſtoria. hmõi accidẽs pcedere ſolebat. Porro accidit cuidã, vt longo tẽpore pter cõſuetudinẽ, a cõcubitu abſtineret. Alteri vero vt mali ſucci alimẽtis acribuſq; vtereẽ, alii etiã vt duobus mẽſibus pcinctus pegre pficiſcereẽ, cũ antea nunq̃ cingi cõſueuiſſet. Cõiecim9 itaq; arteriarũ ora nimis patefacta, illis quidẽ ob humorũ vicia, et a crimoniã, his vero ob flatuoſũ ſpiritũ, & ſine ordine, & violẽter vacuatũ. Eteni medicamẽta excitãdę tẽrigi nis vim obtinẽtia, tũ epota, tũ etiã femini (gręci peri

neon dicũt) lũbiſq; adhibita, calida oĩno, atq; flatuoſa ſunt, quẽadmodũ cõtraria oia, ventoſitatẽ nõ excitant, & ĩfrigidant potius, quã calfaciant. Sed aduerte ne obiter hũc ſermonẽ pcurras. quippe de medicamẽtis, nõ de cibis loquutus ſũ, qm̃ ſunt quędã alimenta, quę hac ratiõe plurimũ ſeminis pariũt, atq; ĩpetũ ad libidinẽ excitare poſſũt. hęc ergo ſermonẽ illũ, quẽ nuper dicebam9, pbabiliorẽ reddere poſſunt, quod a cõcubitu abſtinẽtes, interdũ priapiſmo vexari ſolent. ſi quidem accidit his qui plurimo ſemine abundant, et præter conſuetudinem a coitu abſtinent, pręſertim quũ nõ ſtudẽt, vt multa exercitatiõe, ſanguis abũdãtia diſſipetur, maxime vero ijs qui a libidinis cogitatione nõdũ liberi euaſerunt. veluti ſunt quidã ſuapte natura caſti qui cũ longo iã tẽpore hmõi cõtinẽtia ſeſe exercuerũt, libidinis imaginẽ cõcipiũt, ob ſpectacula, quę illas mouere, et ad memoriã reducere poſſũt. Nã longe diuerſa eſt hmõi hominũ diſpoſitio, vt in pudẽdis generet̃, ab eorũ diſpoſitione, qui nullo pacto ad libidinis cogitationẽ pueniũt. Atq; fuit mihi amicus quidã, cui pter eã quã antea habuerat conſuetudinẽ, oĩno a cõcubitu abſtinẽti, adeo rigidus tumiduſq; factus eſt pẽnis, vt mihi accidẽs ipm declarare cogeret̃. Miror, iquit, quod huic (athletã indicans) ob cõtinẽtiã rugoſ9, collapſuſq; pẽnis euaſerit, mihi vo ex quo cõtinẽtiã ſeruare ſtudui, euenerit cõtrariũ. Tũ equidẽ illi cõſului, vt collectũ iam genitale ſemen excerneret, poſtea vero & a narrationibus, & ſpectaculis, & meditationibus libidinẽ ſuſcitare potentibus, ſũmopere caueret. At cantores, & athletę, qui iam inde ab ĩitio, nullã vitæ partẽ venereis illecebris cõtamĩauerũt, nullã admittẽtes hmõi vel cogitationẽ, vel imaginationẽ,

Hiſtoria.

Cantores.

ijs pudēda & exilia,& rugoſa fieri cōſueuerūt.Nam prĕter ea, quĕ accidere ſolent ijs,qui ꝓtinus a prima iuuētute ,īmodice libidini ſeſe permiſerūt, id etiā euenit,vt horū locorū vaſa,amplius patentia, maiorē ad ſe ſanguinis copiā alliciāt,& coeundi cupiditas magis increſcat,ea videlicet ratione,quā in cĕteris quoqꝫ facultatibus videre eſt,& quĕ a Platone etiā notata eſt, cū iquit, Ignauia quidē exoluit,ꝓprij autē officij exercitatio,robur augere ſolet.¶ Sic māmĕ quoqꝫ in ijs quĕ nondū īpregnatĕ fuerūt, contractæ ꝑmanent, in alijs vero a partu infantulos lactātibus,vaſtiſſimĕ reddūtur, atqꝫ ita magnĕ ꝑmanent lac emittētes, donec puer fuerit ablactatus,tunc enī haud ita multo poſt a lactis generatione quieſcunt. ¶ Igitur oīa hĕc,ſi bene cōſyderenť,ac ꝑterea cauſĕ ob quas ī ſingulis affectis partibus,affectus ipſe cōſiſtit,definianť,nō inutilē ad curationis rationē anſam ꝓbere poterūt. Atqui non eſt nūc tempus,ea tractare. quare adepto huius operis fine,orationi quoqꝫ noſtrĕ hic finē imponimus.

Plato. Ignauia.

¶ Galeni de affectorum
locorum notitia
Finis.

¶Alphabeticus index i huius voluminis margine annotatorum, per foliorũ numerum ſignatus. cui quidem numero præpoſitus punctus primũ folij latus indicat, poſtpoſitus autẽ, ſecundũ.

Acerbum .37
Accidentia 23.
Accidẽtia ꝓpria .17
Actio .8/12.
Actio lęſa .16/.40
Actiones morales 51.
Actiones principales 51.
Actio propria 41.
Affectio 12.
Affectorũ locorũ generales no=tę. .40
Affectorũ locorũ quĩtuplex de=prȩhenſio 46.
Affectus quadruplex deprȩhen ſio .16
Affectus faciei 72.
Affectus ꝑ cõſenſũ .12/17./.42 43./52.
Affectus primitiuus .42
Affectus proprius .12
Affici .13
Aloe 69.
Aluus aſtricta 22.
Amiſſa memoria .52
Analogia .45
Anaſarca 108.
ἀραϛόμωσισ .89
Angina .19/73./76./.83/85.
Anginæ quattuor genera .77
Anginoſi 76.
Anguſtia .78
Anima .57
Animalia inſtrumenta .22
Animalia latentia .43/.51
Animę ſedes .55
Antipater medicus 90.
Apnœa 86./.87
Apnus Heraclidis 127
Apophlegmatiſmus 48.
Apoplexia 62./.92/.65/65. .71/71.
Apoplexię magnitudo .66
Aqua frigida 108.
Aqua inter cutem .57/.116
Archigenes 29./35./37./43. .44/.47/63.
Archigenis error 7.
Archigenis epiſtolę 47.
Ariſtoteles 100.
Ariſtotelis ſęculũ .102
Arteriæ pulſant ſine dolore .25
Aſcites 108.
Aſclepiadis error .9
Aſpera arteria 39.
Aſperę arteriæ vlcera .89
Aſpis 61.
Aſtringens 34.
Atra bilis 55.
Atrę bilis differentiæ 55.
Auditus 72.
Auſterum .37
Axioma .10

¶Balbi .84
Barbaricũ vinculũ 29.
Bleſi .84
Bronchia 87.
Bronchion .4
Bronchos .81

¶Cacexia .57
Caluarię fractura 41.
Calida itẽpatura iecinoris .111
Cangrena 30.

Canes rabioſi .130
Canina appetentia .105/.122
Cantores 138.
Capitis fractura 56.
Capitis grauitas .51
Capitis vſtio 41.
κάρος 71.
Carũcula in veſica .7
Carunculæ 126.
Catalepſis 49./71.
Catoche 49.
Cenchris .43
Cephalalgia .64
Cephalęa .64
Choerades 12./19.
Chondrus .14
Chryſippus .44
Cibi corruptio .13
Cibi melancholici 57.
Ciborũ diſſipatio .123
Circũſcribere 30.
Cœliaca .119
Coli abſceſſus .5
Colica .15/.118
Colicę ſigna .28
Colicorũ accidentia 119.
Colis affectus .134
Coloris indiciũ 109.
Coloris vicium .57
Color corporis .17
Concluſio .46
Coniectura artificioſa 7.
Contenta in ſpacio 5.
Contra empiricos .46
Cõuulſio 53.
Copula .53
Cor .104
Cordis affectus 91.
Cor fons caloris 91.
Cordis dolor .105
Cordis inflãmatio 93.
Cordis pãniculus .94
Cruditas .13
Cruenta dyſenteria .28/113.
Cucurbitula .48/.49

Deliriũ 41./.43/100.
Deliriũ a ſepto tranſuerſo 101.
Dens .74
Deſtillatio 52.
Deſtillatio vrinę .119
Diabetes 121.
Diaphragma 100.
Διαβρώσις .89
Difficilis ſpiratio .84
Digiti affecti 44.
Digiti reſoluti 19.
Diocles 58.
Diogenes cynicus 128.
Diſpoſitio & cauſa 23.
Dolor .24/86.
Dolor ab inflãmatione .25
Dolor anguſtiæ plenus 32.
Dolor atrox .30
Dolor auſterus .36
Dolor fodicus .35
Dolor grauis 36.
Dolor hepatis 36.
Dolor infixus 32./.35
Dolor inhęrens 36.
Dolor lacerans 35.
Dolor laxus .34
Dolor profundus .32
Dolor pulſatiuus 30./28.
Dolor pũctorius 28.
Dolor ſtimulans 35.
Dolor ſtringens .36
Dolor ſimilis pleuretico 100.
Dolor torpidus 36.
Dolor turgidus 30.
Dolores vteri .36
Doloris modi 26.
Dolor vlceroſus 34.
Draco .62
Dracunculus 120.
Dyſenteria 4./10./.16/.28 .117
Dyſenteria hepatica 117.

¶Egrotare .13
Elephas .57
Empiricorũ defenſio .45
Epilepſia 54./.104
Epilogus libri primi .12
Ephelcis 81.
Eraſiſtratus 7./.60/95./.132
Erophilus .66
Eryſipelas .107
Eſſentiæ proprietas .4
Eſtus ſigna 77.
Ethmoides .67
Eudemus .66
Excrementa .16/.17
Excrementa triplicia .47
Exercitatio circa ſigna .40
Exercitationis modi tres 23.

¶Fames canina .122
Fauces .77
Femen 7.
Foliata .90
Fortuna 111./112.
Fungi capitis 5.

¶Galeni colica .27
Galeni deliberatio 45.
Galeni deliriũ .70
Galeni gloria .46.
Galeni iactantia .46
Galenus deceptus .27
Gallus 93.
Glans 135.
Glauco philoſophus .111
Gonorrea 134./.135/135.
Grãmaticus .104
Grando ex pulmone .90
Grauedo .52
Grumi .7/135.
Gula .102
Gulæ imbecillitas .103
Gule inflãmatio 102./.103
Gulę tumor .103
Gulæ vlcus .103
Guſtus .71
Gutta aquę .11

¶Hedi naturale ĩgeniũ 135.
Hedychroum .90
Hemicrania 64.
Hęmodia .28
Hęmorroides 28.
Hepatica excrementa 110.
Hepatis inflãmatio .33/40. .106
Hepatis intẽperatura.110/.111
Hepatis obſtructio 38./.108
Hepatis ſcirrus 39./107.
Heracleus lapis 129.
Heraclides 127.
Hippocrates 4./9./.26/.32 .37/51./.54/56.73./.75/.86 .89/.93./59/.60/.66/71./131. .132/.133/.134/.136
Hiera .15
Hiera picra 69.
Hirudo 81.
Hiſtoria .115/.125/.129/137. .138
Hiſtoria de vino 42.
Holcimos .36
Homo ſaxeus .103
Humores craſſi vrinã ſupprimẽtes .7
Hypochondriaca 56./.105
Hipoſarca 108.
Hyſterica accidentia 130.
Hyſtericę mulieres 127.
¶Iecoris affectus .106
Iecoris imbecillitas .110
Ignauia 138.
Ileos .119
Impediri .8
Imperialis ſeruitor .109
Impregnationis notæ .133
Ineffabile .29

Inflãmationis accidentia .31.
Inflãmatorius affectus .25.
Inflãmatio partiũ continentiũ hepar .41
Intemperaturę genera .47.
Inteſtina nõ trahunt 121.
Inteſtinorũ dolor .10
Inteſtinorũ ordo .118.
Inteſtinorũ vulnus .5
Iſchuria .123./.124/.125
Itria 13.
Iuuantia .15

❡Lamæ .126.
Lanifici puer .70
Lapidis notæ 6.
Lapis ex ano 117.
Lapis in veſica 125.
Lapis renum 27.
Lateralis morbi notæ 39.
Latus muſculus 76.
Lędi .8
Lethargus .51/52./62.
Libera ſpiratio .78
Lienis affectus 115.
Lienteria 119.
Ligula 89.
Loci depręhenſio .6
Locus .17/23.
Lordoſis .75
Loquela 82.

❡Mania 52.
Magnes 22./129.
Medica nomina 12.
Medulla 100.
Mel .14
Melãcholia 52./.56/56.
Melãcholici ſanguis notę 57.
Melãcholicorũ imagines 59.
Memoria lęſa .47/50.
Menſtrua 28.
Meſarici 113.
Morbi exigui 11.
Morbus 12.
Morbus comitialis 54./60. .104/71.
Morbus comitialis ab atra bile .56
Morbus lateralis .40./.45
Morbus factus 10.
Morbus fiens 10.
Morbus regius .57/.109. 114./.116
Morbus regius a ſplene 109.
Motus .80
Motus genera 12.
Motus linguæ .71
Motus voluntarius 20.
Muliebre profluuiũ .134
Muſculi ani .124
Muſculorũ cõpoſitio .25

❡Naturales facultates .113
Naturalis vrinę redditio .6
Naturæ miraculum .137
Nauſea .15/.105
Nephritis .118/119.
Nephritidis notæ 27.
Nerui recurrentes .19
Neruorũ diſtentio .32
Neruorũ origo .53
Neruorũ reſolutio 66.
Neruus .53
Neruus mollis .72
Neruus viſificus 67.
Nicander .43
Nomina 28./.77
Noxia .15

❡Ocularius liber .71
Oculorũ imagines .9
Oculorũ motus 67.
Oculorũ muſculi .68
Oeſophagus .102
Olfactus .67

Orthopnœa .39
Os ventriculi 38./.104
Oua fricta 13.
¶Panis .14
Panus 12./31./.43/133.
Paradoxum .20
Paralyſis.21/.25./.62/66./.71
71./75.
Paraphroſyne 42./.56
Pauſanias 66.
Pelops pręceptor .61/61./62.
Pennis affectus 129.
Perineos 7.
Peripneumonia 25./.95
Peripneumoniæ notæ .39
Peritonei vulnus .5
Peritoneũ 106./108.
Per cõſenſum affici 17.
Phalangiũ .61/61./129.
Philonis antidotũ 27.
Phlebotomia .48/93.
Phlebotomia ĩ melãcholia 57.
Phrenes 100.
Phrenitis 52./.56
Phrenitidis ſpecies 69.
Phrenitica indicia .101
Pili a renibus 120.
Piſcator 79.
Pituita 55.
Pituitæ differentię 55.
Plato 100./128./130./138.
Pleuritis 25./94./.100
Pleuritis incocta .100
Pleuritici .33
Prurigo .35
Poſitus .16
Praxagoras .27
Præcedẽs cauſa 88.
Pręgnantiũ menſtrua .134
Priapiſmus .134/135./137.
Primogenius affectus 52.
Priceps animę facultas .9/.41
Principes partes 91.
Problemata dialectica 19.
Procatarctica cauſa .125
Propria accidentia 16.
Propria diſpoſitio 8.
Proprius affectus 17./.43
Propria hepatis facultas .110
Proprij cordis affectus .93
Pulmonis affectus .87/87.
Pulmonis inflãmatio .88
Pulmonis vlcera 81.
Pulmonis vomica 126.
Pulſus .25
Pus in veſica .7
¶Quęſtio dialectica 5.
Quęſtiones logicæ .44
¶Radiculę 13.
Ramentũ 5./81.
Recurrentes nerui 82.
Renum abſceſſus .120
Res adhęrentes .5
Res contenta 4.
reiecti excremẽti magnitudo 4.
Renum imbecillitas .121
Reſolutio 25.
Reſolutio neruorũ .65
Reſpiratio .87/.128
ρῆξισ 88.
Ructũ ſanantia .15
Ructus fumoſus 13./.14
Ruminare 136.
¶Saliua 55.
Sanguinis miſſio in melancho-
lia 57.
Sanguis a toto corpore .28
Sanies .82
Sapor auſterus .37
Sapor aſtringens .37
Sapor in febriũ acceſſiõibꝰ 43.
Scirrus hepatis 107.
Scorpio 61./129.
Scotoma .63
Secundus athleta 78.
Seleucidę .122

Senſoria .71
Seſus .80
Senſus amiſſus illęſo motu 20.
Senſus amiſſus motu incolumi .80
Septum 100.
Sinarū iecoris partiū inflāmatio .107
Simia 93.
Singultus 62./.105
Sinus 35.
Sitis 122.
Sopor .51/71.
Soporis & catalepſis differētia .72
Sopor in febre 43.
Sopor ſtupidus 42.
Sopor vigilans 71.
Soretes 10.
Sphacelodę hemicraniæ .30
Sphacelos 30.
Spicata .90
Spina 100.
Spinalis medulla 73./.62
Spinę imbecillitas .78
Spiratiōis vicium 77.
Spiritus animalis .55/72.
Spiritus viſificus 67.
Sputi qualitas 39.
Sputū coloratū .100
Steſianus 109.
Stomach9 62./.93 /.133/.102/.104
Strāguria 123.
Stultitia .51/.52
Stupidus dolor .24
Stupor .24
Stupor dentiū 28.
Sublimis reſpiratio .86
Succinctura 100.
Suffuſio 18./.44/.56/68.
Supfluorū menſtruorū accidētia 133.
Suppſſorū mēſtruorū ſigna.133
Suppuratorū reſpiratio .85
Surditas 9.
Syncerſſima viſio .23
Syncopa 92./.105
Syſtematice .91
¶Tapſia .62
Tenaſmus 117.
Tendones .21/.25
Thoracis excremēta .95
Thoracis vlcera 81.
Thoracis vulnus .5
Tityus 50.
Toni .21
Topica remedia .47
Torpedo 24./129.
Torpide pulſare 34.
Tranſpiratio .87/.128
Tremor cordis .93
Turtur .61
Tuberculū i pulmone 85./87.
Tympania 108.
¶Vena medeni 120.
Vena media .58
Veneni ſigna .109/.130
Ventriculus .117
Ventriculi vulnus .5
Ventris muſculi 106.
Vertebra dentiformis 74.
Vertebrarū luxatio 76.
Vertigo .63
Veſica nō mouetur a voluntate .124
Veſica nō attrahit 121.
Veſicæ affectus 123.
Veſicæ officium .124
Veſicæ vlcera 4.
Vigilans ſopor 51.
Vigiliæ .43/.51
Vincula .25
Vinū album 104.
Vipera .43/61.
Viſorū cauſæ 70.

Vitrea vaſa	70.
Vitreus humor	.27/55.
Vlcus pſeuerãs in renibus	.120
Vlcus pulmonis	.4
Vocabulorũ vſus	12.
Vocales nerui	18.
Vocalia inſtrumẽta	44.
Voluptas	.24
Voluulus	.119
Vomica	.126
Vomitio	14.
Vox	17.
Vox viciata	4./.18
Vocis inſtrumenta	.18
Vreterę	.9
Vrina cruenta	27.
Vrina ſuppreſſa	5./115.
Vrina purulenta	.126
Vrinæ meatus triſariã cõſtringitur	6.
Vrinę ſuppreſſæ cauſa	7.
Vrinæ ſuppreſſæ euocatio	.6
Vrinæ ſuppreſſio	22.
Vſus	8.
Vteri peruerſiones	132.
Vteri ſuffocatio	.127
Vterus	.127
Vulnus cordis	93.
Vulua	.127

ℂIndicis in margine annotatorũ Finis.

ℂRecognita ex officina.

Carta.	Supficie.	Verſu.	
5	1	ſi	procedere.lege procidere.
6	2	dendũ	ſcalpet.lege ſcalpat
11	1	quali	qualibet parte.lege qua in parte'
12	2	tranſi	choerada id eſt ſcopulũ. le.ſcrophulã
13	2	to	omnia omnino.le.omnia q̃ omnino
13	2	eo	bene.le. bene fuiſſe cõcoctos nemo ne.
18	2	do	ille. ſubde per cõſenſũ afficitur.
20	2	eorum	motu ,ſenſus.le.ſenſu,motus
20	2	uato	ſenſu vt motus. lege motu vt ſenſus.
21	1	ſte	medias tẽdines.le.medios tẽdones quos aponeuroſeis (id eſt a neruis ortos)
25	1	appella	tendines lege tendones.
25	2	&	ℂSic.dele ſic
25	1	nes	ꝙ.dele ꝙ.
25	2	ergo	ergo. leg. ergo pulſatorius dolor neq; in perpineumonia neq; in laterali morbo euenire poteſt.
27	2	lum	a terebro. dele a
28	2	ca	dolore. dele dolore.
28	2	veluti	holcinos.lege holcimos
29	2	pitis	obortas.leg.obortos
29	1	Quę	indicentur.leg.iudicentur
29	1	iuſmodi	indicium. le.iudicium
30	1	quis	polor.lege dolor

Carta.	Supficie.	Verſu.	Recognita ex officina.
30	2	tur	cũ ipſi.lege ipſę.
31	1	quod	quod.lege id.
31	2	neq;	præſtent.lege præſtant.
36	2	mane	manere.lege manere?
37	1	tonea	perplura.le.cõplura & hic & vbiubi in=
37	2	et ma	poſſibile.lege impoſſibile. (uenies.
39	2	ꝑ	effectu.le.affectu.
41	2	reme	cenſent.lege cenſeant
47	2	ſer	Archigenes. ſubde curationẽ ſcribere
48	2	napi	intro.lege nitro (aggrediẽ
48	2	quip	timinia.lege taminia.
49	2	lateri	voluerit.lege volueris.
49	1	gnoſc	raro.le. cũ raro eueniat hmõi affectus
52	1	antec	antecedentium.lege prægreſſarum.
52	2	Ne q;	quod vbi.dele quod.
53	2	rebr o	voluulum.lege cõuulſionem.
56	1	cõſe	cõſequuntur. lege coquũtur.
58	2	ram	aridam.lege acidam.
60	2	dia	melancholicę.lege melancholię.
62	2	morẽ	ſingultu.lege ſingultum.
62	2	viſũ	viſum eſt vt. dele vt.
66	1	actio	admiſit.lege amiſit.
66	2	quip	hoc. lege hæc.
68	1	ipſe	muſculis. lege muſculus.
74	1	dam	deglutione.lege deglutitione.
76	2	uit	aut quia.lege an quia.
77	1	trade	ſupra.ſubde tractauimus.
91	1	leni	lenibus. lege leuibus.
105	1	re	crebro.ſubde ita.
105	2	quin	quin. lege quum.
106	1	a ſpiri	groſſis lege craſſis.
107	2	te	indicium lege iudicium.
109	2	ſpaci	melius.ſubde proficere.
115	2	nullũ	naturali.lege animali.
120	2	ex	color. lege calor.
123	1	ſitio	mutãte. lege imitante.
123	2	hum	nares.lege renes.
127	1	tibijs	lenis. lege leuis.
127	2	pan	Ruſus.lege Rurſus.
129	1	nicũ	verum. lege virum.
129	2	aut	aut. lege at.
130	2	bus	Cum.lege ac.

FINIS.